



15

Q. D. B. V.
D E

DEVITANDIS HÆRETICIS, ex monito Apostoli,

Tit. III. Comm. 10. 11.
M O D E R A N T E
V I R O

*Summè Reverendo, Magnifico, Amplissimo atque
Excellentissimo*

DN. CASPARE LOESCHERO,

SS. Theol. Doctore & in Acad. Wittenb. Prof. P. longè ce-
leberrimo, Consistorii Ecclesiastici Assessore Gravissimo, Ec-
clesiæ Pastore & Circuli Electoralis Saxonici Superint. General.
vigilantissimo, de omnibus longe meritissimo,

Domino Patrono & Promotore suo
omni honoris & observantiæ cultu a tatem
deverando,

IN AUDITORIO THEOLOGICO
H. C. XXV. Julij, Anno M. DC. LXXXIX.

T 154

disputabit publicè
M. CHRISTIANUS Wüldnisch
Herzbergensis Saxo.

Nunc recusa Anno 1704.







AUTORI DISPUTATIONIS
DE
HÆRETICIS FUGIENDIS
eruditissimo,

DN. M. CHRISTIANO WULCKNISIO,
Herzberg. Saxoni,

Optima quæque precatur
CASPAR LOESCHER D.

PRobum, indefessum, & orthodoxum, imò planè
Paulinum te esse, omnia in Disputatione Tuâ, non
tàm probant, quàm evincunt. Monet Paulus, tempori
inseverendum esse. Tu verò, Wülknisi integerrime,
quàm egregiè id præstas? Svadet tempus, cavendum,
esse Pseudo-Prophetas. Evangelium enim cautelam
hanc ex ore Christi nobis inculcans hæc ipsa tempestate
in universâ Ecclesiâ Christianâ publicè proponitur. Ecce
verò eòdem Tu tempore, Christum simul & Paulum au-
diens, idem Thema eruditè à te elaboratum, publicè
examinandum & disputandum exponis, promptus simul
docendum, & ad ea, quæ ab Adversariis offerri solent,
feliciter depellenda. Itacertè & piè & sanctè tempori
inser-

in servis. Porro, vix post Christum natum tempora pluribus haeresibus, haeticisque scatenia unquam fuerunt, quam hodie, ubi haeticum esse penè virtutis est, & ubi haesis gratior acceptiorque, quam ipsa veritas esse videtur. Hic Tu denuò feliciter tempori in servis, & ea affers monita, quae tam necessaria quam utilia nostris possunt esse temporibus. Urget Paulus ipse, ut haeticos devitemus. Tu verò hanc eandem doctrinam egregie repetis, & quae piis prodesse plurimum possunt, non omittis. Sunt tibi quidem & alia hoc tempore in Scholà Ecclesiæ, Juterbocensi peragenda; verum uti eadem feliciter expedis, ita quod reliquum temporis est, ut utiliter pieque tempori in servis, altioribus applicas rebus, donaque Tibi a Deo clementer, largique concessa exornare studes. Nata Tibi hinc est dissertatio praesens, quae abundè nobis tam eruditionem Tuam, quam pietatem & industriam probat. Aderit Tibi, ita sincere hariolor, Deus commodò justoque tempore, Teque ad ea munia vocabit, in quibus Ei sanctè, tempori autem prudenter & salutariter in servire poteris. Id ut fiat, non solum Deum precor, sed & Bonis omnibus te etiam atque etiam impensè commendo. Scribebam in Museo, XX. Julii, A. E. C. M. D. C. XXCIX.



Veni



Veni Sancte Spiritus!

PROOEMIUM.

§. I.



Non minus verè, quam candidè B. *Agid.*

*Hunnii in Comment. ad Tit. p. 165. locutus: Iniqui sunt censores, qui se hoc seculo natos queruntur, quo Christianus orbis tot dissensionibus concutiatur; verum non novum hoc esse, cum hoc ex Testimonio Paulino (1. Cor. XI. 19.) tum alio, que nunquam non occurrunt, planum est. Ecquis ergo nobis vitio vertet, qui de detestandis, quibus Ecclesia nostro, uti superiori, seculo scateat sceleris, querimoniam habendam esse nullam, asserimus? Fuisse enim semper & fore posthac hæreticos, qui vel novorum dogmatum sint autores, vel eorundem propugnatores, idem & nobis l. c. persuadet Apostolus: *οἱ ἀσεβεῖς ἐν ὑμῖν εἰσὶν, ἵνα ἐὶς δόξῃ μετὰ ὑμῶν ἡπίπτα ἐν ὑμῖν;* (Confer. 2. Thess. II. 4. Act. XX. 30. Matth. XIII. 25. seqq. Vid. *Suicerum in voce ἀσεβείας num. IV. 1.*) non obstante, quod Ecclesia sit corpus Christi, hæretici autem non sint membra corporis Christi; quamvis enim non audiant membra corporis Christi viva, mortua tamen omnino sunt, ut ut etiam in fundamento errent, dummodo fundamentum doctrinale & reale non penitus amittunt. Vid. *B. Kromay. Theol. Posit. Polem. Articul. XVIII. de Ecclesia Thes. III. p. 783. B. Dannhau. Hodom. Spirit. Pap. P. I. p. II. Quensted. Systema Theol. Gerhard. LL. Theolog. &c.* Ex quo patet, nullum unquam fuisse seculum tam beatum, quo hæretici in Ecclesia non extiterint; siquidem nec hodie, infensissimus Christi hostis Satan cessat levia subinde excitare ingenia, quibus ad decipiendos etiam acutissimos ceu acutis malitiæ suæ instrumentis abuti hæcenus consuevit. Vid. *Histor. Eccles. B. Bebelii Antiquit. Eccles. Catalog. Hereticorum, quorum collectores citatos habemus in B. Carpzov. Isagog. p. 1729.**

A

§. II. Cau-

§. II. *Causa efficiens non est Deus nec Scriptura, (quod egregie Chrysostomus Homil. CXXIIX. Tom. V. p. 829. illustrat à melle, quod quidem dulce est, agro tamen amarum videtur: ἀλλ' ἔ τῷ μέλιτι τὸ ἐγκλημα, ἀλλὰ τῆς ἀβρωστίας ἢ κατηγορίας: at non propterea reprehendendum mel, verum morbus accusandus) sed partim ἐχθρὸς ille ἀνθρώπων, qui serit zizania Matth. XIII. 25. & 39. partim hæreticorum hominum malitia (vid. B. Scherzerum in Brevic. Theol. §. CLIV. p. 233) propter quam non absolute, sed hypotheticè prædixit Apostolus: oportet hæreses esse inter vos; quod etiam vult B. Hieronymus Tom. IX. in h. l. p. 156. edit. Basil. 1519. quia, inquit, tales contentiones habetis, necesse est vos etiam usque ad hæreses pervenire. Sicut dicas; ille qui tantum bibit, necesse habet inebriari. Item: non hoc dicit Apostolus; quia debent esse hæreses, sed quia inter se scissuras habebant; ideo dicit, oportet hoc esse, & necesse est hæreses esse. Quapropter non oportet nos mirari super hæreses, sive quia sunt, futura enim prænucciabantur: sive quia fides quorundam subvertunt, ad hoc enim sunt, ut fides habendo tentationem, haberet etiam probationem, (Tertullian. Libro de Prescrip. adv. hæret. p. 95. edit. Basil. 1550.) dirigente scilicet hæreses Deo in bonum finem, Conf. Rom. IIX. 28. & Scherz. I. c. Et, (ut cum Clement. Alexandr. lib. VII. Strom. Gentiano Herveto Aureliano Interprete edit. Basil. 1556. p. 155. loquamur) fieri non potest, ut non fiat id quod prædictum est: à Domino, esse futurum. Jam vero prophetice dictum est, fore ut in veritate seminentur hæreses, ut in frumento zizania. Ergo falsum est, quod Bellarminus Lib. III. de Laic. cap. XXII. respons. ad §. arg. respondet: sicut in horto oportet malas herbas esse, & tamen illas nihilominus eradicare oportet hortulanum peritum, sic & hæreses oportere esse, & nihilominus tamen peritum Magistrum eas tollere oportere. Nam ut alia taceamus, impossibilitas rei hoc loco ostenditur, fieri nempe non posse, ut per supplicia tollantur hæreses: in die autem novissimo aream suam perpurgaturus Christus, zizania igni comburenda tradet, Matth. III. 12. XIII. 30. quod infra Porism. V. redi-
bit. Vid. Præckneri Vindis. Biblic. p. 380.*

§. III. *Finis, quem intendit Paulus, est probatio & manifestatio piorum.* Hinc Chrysostomus ad h. l. Homil. XXVII. p. 418. τῶν ἀπίστου ἐπέτρως καὶ ἑρῶν ἔ μόνον ἔδεν τῆτο ᾠδὲ βλάπτει, ἀλλὰ καὶ ὀφείλου-

δεικνυσαι μάλλον, καὶ λαμπροτέρως διαφαίνεσθαι: h. e. firmos & stabiles hoc non tantum non ledit, sed magis etiam ostentat & splendorios reddit. Ergo sane non est, quod doleant Christiani propter hæreses, quia tum veritas splendeat & ubique manifesta sit. Vid. Suicerus in Thef. Eccl. in voce αἵρεσις P. I. p. 122.

§. IV. Cum itaque Deus permittat hæreses esse in Ecclesia, omnes pii ac fideles sic existiment nihil sibi mali, adversi nihil nec damni aliquid accidere posse, quin potius κατὰ πρῶτον ὁ δένδρον αἰ τῶν αἰετιῶν προσβολαῖ πάντοτεν ῥιπίζεσθαι, ἰσχυρότερα ποιεῖσιν, ἀνὴ καλῶς ἐρριζωθῆναι καὶ μετὰ ἀκρίβειας, ἔπειθὲ καὶ τὰς ψυχὰς τὰς περιηγίας ἐν τῷ πνεύματι τῆς ἀρετῆς πεισθεῖν, ὅσαι, ἀνὴ προσβάλλωσιν αἵρεσεις, ἔπειθὲ τρέψουσιν, ἀλλὰ καὶ ἰσχυροτέρως ποιεῖσιν, Chrysostomus Homil. LIV. Tom. V. p. 363.) h. e. quemadmodum arbores ventorum impetu undique agitatae, fortiores redduntur, siquidem probe sint radicatae, ita etiam animas rectae fidei constabilitas hæreses, quotquot etiam ingruant, non circumagant vel pervertant, sed firmiores potius reddunt. Vid. Suic. Thef. Eccl. l. c. Interim tamen hic nemo invenit, quod de sibi gratulari queat, sed quantum quidem in se est, hæreticos omne ceu θηρία ἀνθρωπώμορφα (sic illos Ignatius in Epist. ad Smyrnenses) canepes & angues (quod est in proverbio) vitandos censeat, censore quod audiemus Apostolo nostro. Nostrum ergo hic ante omnia erit, præmonere, quod dissertationem hanc, adducto Textu authentico solâ vulgata è versionibus addita, reliquis tamen, ubi opus erit, minimè neglectis, tribus potissimum capitibus, quorum I. PHILOLOGICUM. II. LOGICUM. III. PORISMATICUM, absolvere animus nobis fuerit. *Quae res, ut prospere feliciterque succedat, Deum univinum toto pectore supplices veneramur & poscimus!*



Textus Originalis.

Αἰρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ
μίαν κ' δευτέραν vsθεσίαν
παραιτῶ.

Εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται
ὁ τοῖστος, καὶ ἀμαρτάνει
ἂν αὐτὸν κατὰ κείνους.

Versio Vulgata.

Hæreticum hominem post
unam & secundam corre-
ptionem devita:

Sciens quia subversus
est, qui ejusmodi est, & de-
linquit, cum sit proprio ju-
dicio condemnatus.

SECTIO I.

PHILOLOGICA.

S. I.

Αἰρετικὸν ἄνθρωπον.



*H*æreticum hominem, ita quoque Pagnini,
Ariæ Montani, Piscatoris, Bezae aliorumque versiones.
Eadmodum vel defectorem reddit Vatablus. *Scellarum au-*
ctorem, Erasmus. *Pertinacem vel sectarium*, i. e. vitiosæ

Sectæ additum, Castalio. **ἁ-ῶ-σι** Αἰρεσιῶστων habet sic
Syrus; Arabs **هنا** i. e. ignarum. *Vid. Poli Synops. Cris. in b. l. p.*
109. Dicitur autem *αἰρετικός* ἀπὸ τῆς *αἰρέσεως*, quod est ab *αἰρέω*, &
hoc vicissim ab *αἰρέω*, *capio. prehendo. comprehendo. corripio vel invado,*
occupo, item deturbo, everto, vinco, expugno, subigo &c. Et ita *αἰρέωμαι*
in activa significatione denotat quoque *sumere, capere*; ut Thuc. τὰς
δ' ὑπνόντες καὶ σίτην αἰρέειναι, cibum & somnum capere; exponitur
præterea per *eligere, deligere*. Dem. αἰρέειναι Φίλους, αἰρέειναι τὴν ἰ-
δίαν & αἰρέειναι δίκασιν apud Xen. eligere judicem, vel designare,
creare; quandoque idem est ac *antepono, præfero, pluris facio, aus*
etiam malo, in qua significatione jungitur cum *ἀν* ut Aristot. Eth.

θ. ἀντὶ πάντων αἰρέσεων τὸ κακὸν honestatem præferens omnibus
 rebus. Hinc αἵρεσις etiam varias admittit significaciones. Notat
 enim expugnationem, ut apud Thuc. αἵρεσις πόλεως; electionem vel
 optionem, ut habet Hæc. de pace: πρὶ πάντων αἰρέσεων τῶν πραγμάτων
 ἀμαρτάνοντες, in electione rerum errantes; sic αἵρεσιν δίδιναι
 optionem dare, αἵρεσις στρατηγῆ electionem vel creatio Imperatoris, le-
 gitur ap. Græcos Script. Sic Chrysostomus de Virginit. cap. XLl. τὸ δὲ
 δυναμικὸν χωρεῖν, χωρεῖται, κύριον τὸν ἀνεργητικῆς αἵρεσις, ποιῶν-
 τός ἴσιν; illud (qui capere potest capiat Matth. XIX. 12.) libentem audi-
 toris optionem facientis est. Idem de Judæis Barabam Christo præ-
 ferentibus: αἵρεσιν λαθούτος οἱ ἰσθαλοὶ πρὸς τὸν δικαστῆν, τὸν Βαρρα-
 βᾶν παρελύθησαν. Judæi optione sibi à judice permissa, Barabam præfer-
 lerunt. Sic. Thef. Eccl. sub voce αἵρεσις. Unde quoq; Helychius in
 Lexic. αἵρεσις βέλησις. Notat porro hæc vox certam vitam ratio-
 nem; Ita Athenæus L. V. Dipnosophist. c. IV. usurpat, cum de Helena
 Jovis filia loquitur, ἀπὸ δὲ ἴσθησεν ἔχουσα τὴν ποιάντην αἵρεσιν, quod domi
 hanc vitæ rationem didicisset. Conf. Casauboni Animadv. in h. l. fol. 337.
 it. Lic. Rechenberg. Appendic. Tripart. Part. II. p. 204. Denique notat
 professionem sententiæ, sive vera illa sit, sive falsa, quam sectam Latini vo-
 cant; (vid. Hieronym. in h. l. p. 126. Tom. IX.) quando scilicet quisque
 Philosophorum sibi aliquod genus disciplinæ ac sectæ proprium e-
 legit, cui sese addit, quodque profitetur, tanquam suo judicio ma-
 xime probabili, commodæque; (quod etiam Beda Tom. V. p. 879.
 hæresis ab electione, qua quisque spreto aliorum dictis, quod sequendum
 putaverit, eligebat) qua ratione varix factiones Philosophorum, Stoi-
 corum, Peripateticorum, Academicorum, Epicuræorum, αἵρεσις
 à Græcis & sectæ à Latinis citra omnem contumeliam nominaban-
 tur. Utitur hac græca voce etiam Cicero in paradoxis: *Cato in eâ*
inquit, est hæresis, quæ nullum sequitur florem & l. XV. Epist. ad Famil.
Epist. XVI. in istâ ipsa, ait, αἵρεσις metuo, ne plus nervorum sit, quam
ego putarem; loquitur autem de Epieuri Secta, quam ipse Epiphanius
l. adv. Hæres. fol. 12. sextam gentilium hæresin vocat. Conf. Lic. Re-
ebenb. Append. Tripart. l. c. Non enim fuit veteribus hoc nomen
 ὀδίοσιν, sicut nec secta Latinum. Flacius in *Clav. Script. pag.*
390. Atque hoc sensu, ut nimirum sententiæ professionem sive
 veram sive falsam denotet, semel atque iterum in N. T. usurpa-
 tur.

tur. *Consule Cl. Ravanellum in hac voce.* Reperitur enim in sacris literis de hæresi τῶν Σιδδουαίων Act. V. 7. τῶν Φαρισαίων Act. XV. 5. XXIV. 14. ubi ipsa Religio Christiana à Paulo ex mente Judeorum αἰρεσις vocatur XXVI. 5. ubi affirmat, quod priusquam Christianus fieret, κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἰρεσιν τῆς θρησκείας Ἰουδαίων secundum exquisitissimam hæresin Judeorum vixerit. Conf. *Euseb.* l. X. H. *Ecl.* c. V. ibi enim ab Imperatore Constantino in Epist. quâ alteram Episcoporum Synodum fieri iussit Christiana Religio αἰρεσις καθολική audit: quam vocem Valesius per *sententiam* reddidit: *hæresin* vero *Catholicam* Grynæi editio retinuit, *observante Rechenbergio* l. c. p. 206. Transit autem in odiosam significationem, & in eadem reperitur in verbis Pauli, sicut etiam 1. Cor. XI. 19. Gal. V. 21. 2. Petr. II. 1. utut antea tam apud profanos, quam sacros Scriptores olim inter τὰ αἰεσι relata fuerit, licet è nostris quidam, quod in S. S. semper in malam partem accipiatur, docuerit, ap. *B. Dannbauer. Hodom. Pap. p. 11.* Rationem cur hæc vox Stylo Apostolorum & Scriptorum Sacrorum in sequiorem partem accipi siveit, *Flacius* reddit in *Clav.* l. c. quia, *inquit*, hæreses sunt revera humano arbitrio electæ opinionæ, ac viæ salutis non Dei voluntate, autoritate ac verbo constitutæ, & humano generi propositæ, quales sunt etiamnum omnes ἐθελοθρησκείαι (seu ἐθελοπίστο θρησκείαι spontanei & superflui cultus, pro cuius arbitrio excigitur, quæ vox legitur apud *Epiphani. lib. I. contra Hæreses, hæres.* XVI. p. 21. ubi de Pharisæis; ἐλέγοντο Φαρισαῖοι, λέγοντες τὸ εὐσεβεῖν εἶναι αὐτοὺς, διὰ τὸ τῶν ἄλλων, λέγοντες ἐθελοπίστο θρησκείαν παρ' αὐτοῖς νενομισμένην. h. e. *Cornario* interprete: Dicebantur Pharisei, eo quod separati essent ab aliis, propter spontaneam superfluam Religionem apud ipsos receptam) cultus electitii Papisitarum, Turcarum, & olim Ethnicorum, & paulo post, quod si Etymologiam observes, hæreses sunt proprii isti electitii cultus, quos sibi homines, suo arbitrio non à Deo præscriptos eligunt & assumunt. Quæ omnia quod signentis Jesuitarum convenientiam quam optime, infra in Sectione Logica videbimus. Quare Paulus in Epistolis suis nunquam in bono sensu accipit, uti constat ex locis adductis, atque eadem de causa, recte cum *Tertulliano lib. de Præscript. advers. heretic.* c. VI. negamus, doctrinam Christianam posse dici hæresin, quia illa nihil suo arbitrio eligat, sed doctrinæ

ab

ab Apostolis & Christo accepta sit. Consentit *Theophylactus*, qui ad
 Col. II. 8. βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἐξαὶδὸν ὀφθαλμῶν &c. sic ait: Διὰ τὰ τὰ
 αἰρέσεις λέγονται ὅτι ἀνθρώπων εἰσὶ δοξαί ἢ διὰ τῶν χριστιανῶν πίστες ἐκ
 ἀνθρώπων δόγματα, διὰ ἧδὲ τούτων ὀνόματ' ἐκτείνεται. Explicata
 igitur hac voce, quæ ab eadem descendit αἰρετικός, quid signifi-
 cet, neminem latebit. Hoc imprimis notandum venit, quod *alibi*
ne qui eligit, aut qui aptus est ad eligendum ponatur in præsentem
 loco; (quod etiam observat *Cl. Goclenius* in Lexico Philosophi-
 co Græco: αἰρετικός inquit, Aristoteli est utens facultati eligendi,
 Physica & ethica significatione, deinde est sectæ vel factionis,
 seu opinionis alicujus autor; historica significatione. *vid. Suic.*
l.c.) *passive* vero pro eo, quod deligitur, quandoque legitur, e. g.
 Syrac. XI. 32. ἐν τοῖς αἰρετικοῖς ἐπιλέξαι μῶμον. Mont. reddit:
In electis imponet maculam. Nec silentio prætereundum, quod *inter-*
terdum idem sit in hac significatione passiva, quam *electus, electus,*
delectus, diligendus præ aliis seu eligibilis, optabilis, expetendus. Ita
 enim in Canonibus Con. Carthag. αἰρετικοὶ intetprete Balsamone
 sunt, ἧς αἰρετίζονται, ἧγυν ἐπιλέξεται ὁ καταγορεύων ἐκ τῶν πλη-
 στοχάτων ὀπισθόπων: *electi Episcopi sunt, quos eligit accusatus ex*
vicinis Episcopis, plura in Suicero & Lexicis vulgaris. Passiva hæc
 significatio locum hic non obtinet, verum sola activa, & quoniam
 diximus: omnem hæresin pessime hodie accipi; facile etiam col-
 ligi à quovis poterit, quisnam ignominioso hæretici nomine no-
 tandus veniat. Scilicet is, qui à recepta doctrina ita aberrat, ut
 contempto Dei & Ecclesiæ ipsius judicio in sententia permaneat,
 & Ecclesiæ concordiam violet; i. e. ut *Hesychius* eum describit:
 ὁ ἄλλο π' ὠρῶ τὴν ἀλήθειαν αἰρεῖται ἔχειν: qui aliquid præter
 veritatem amplectitur, vel (*si vera cum Clement. Alexandr. l. VII.*
Strom. fol. 764. fateamur) qui audeat μοιχεύειν τὴν ἀλήθειαν adulte-
 rare veritatem, persuadendo aliis τὸ πειθεῖν δὲ τὸ ἐνός ἀνδρός τὸ
 παντὸς ἀτ' τὸ θεῶ, ut *idem Clem. Alex. l. III. Strom. loquitur.*
 Hebræi hæreticum vocant Ἰψώ mendacem, scurrum: sicut 2. Pet. III.
 3. dicuntur ἐμπαῖνται, κατὰ τὰς ἰδίαις αὐτῶν ἰστούλας πορευόμενοι,
illusores seu derisores in suis ipsorum cupiditatibus incedentes & Pl. l. v. 1.
 Ἰρριφοί. Appellatio Germanica: *Kesher*; deducta vel à Catha-
 ris; quorum hypocrisim studiose imitantur, vel à Ἰψήσθινα, quia
 Matth.

Matth. VII. 16. Christus de illis dicit: *nunquid colligant de spinis uvas?* doctrina ipsorum pungit & angit hominum animas, vel à $\lambda\alpha\pi$ *laccavit, discerpit*, quia Scripturas discerpunt atque depravant. 2. Pet. III. 16. (vid. B. Gerbard. LL. Theol. Tom. VI. de Ministr. Ecc. Cap. XV. §. 370. p. 228.) vel $\delta\iota\omicron\tau\omicron\ \tau\omicron\ \kappa\alpha\theta\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota\varsigma$, à quo $\kappa\alpha\theta\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota\varsigma$, $\kappa\alpha\theta\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota\varsigma$, $\kappa\alpha\theta\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon\sigma\iota\varsigma$ (vid. Svic.) *sessio* quia seorsim, & ut Liber Codex habet *Psalm. I. I.* in Cathedra illudentium sedent, *que posterior derivatio Peiskero in Indice de Vernacule & rerum Germanicarum significatione p. us. originem debet.* Hæc de Etymologia & Homonymia sufficiant. Synonymiam quod attinet, paucis tantum indicatum volumus, appellari Hæreticos: *ulcera Ecclesie, & macules, membra Satane, Pestes Reipublice Christiane, Diabolos, similes Gangrenæ, quorum doctrina serpit, ut cancer &c.* Vide sis ex aliis B. Balduin. *Comment. in Ep. Pauli Indice Generali Memb. II. de Hæresi p. 7.* Singula cum aliis recurrunt in Sectione Logia, ubi realem quoque Hæretici definitionem trademus.

μετὰ μίαν καὶ δευτέραν ὑβρίσιν.

§. II. *Post unam & secundam correptionem.* Per unam Nicolaus de Lyra Comment ad h. l. intelligit primam, eo modo loquendi, quo dicitur *Gen. I.* factum est vespere & mane dies unus i. e. primus. Et sic post unam seu primam & alteram seu secundam omnes hodie codices Græci, Syri & Latini legunt; quanquam primam duntaxat legebant Ambr. & quidam Græci cod. teste Hieron. apud Iren. Tertull. &c. *ὑβρίσιν* autem, modo admonitionem, quæ leniter sit docendæ & monendo ut resipiscat, vertunt Menochius, Beza, nec non Hieron. Tom. IX. in h. l. p. 126. Hæreticum post unam correptionem, *inquit*, sive ut in Græco melius habetur *ὑβρίσιν*, devita: *ὑβρίσιν* autem commonitionem magis & doctrinam absque increpatione significat; modo *redargutionem*, ab Episcopo faciendam cum auctoritate & potestate, qua etiam excommunicationem illi minetur, nisi resipiscat. Estius in h. l. p. 878. Utramque hanc versionem cum vulgata negligendam non esse, vocis huius etymologica nos docebit consideratio. Descendit enim à *ὑβρίσιν*, quod componitur à *ὑβρι* (*pro quo in ligatâ oratione ὑβρι*) *mens, animus, sententia, cogitatio, Consilium, item ratio* (*pro præstantissima illa animi facultate, qua intelligimus cogitamus & ratiocinamur, quæ à Chrysost. Homil. LXIX. βασιλεύς τῆς σάφειας*) & verbo *ῥίψιμι, pono*
pro-

propono. Primum significat mente impono aut indo, moneo, com-
 monefacio, tum apud profanos, ut Menand. ἀπαντες ἐσθλοὶ εἰς τὸ νου-
 θετεῖν σοδοί. cum etiam in sacris, ut Rom. XV. 14. ubi τὸ νοθετεῖν προ-
 supponit ἀγαθωσύνην dilectionem seu bonitatem, quam in admonitio-
 ne Paulus suo ipsius exemplo nobis commendat Act. XX. 31, sicut de
 eadem testatur I. Cor. IV. 14. ubi τὸ νοθετεῖν τῷ ἐντρέπειν, pudore
 afficere, confundere opponit, item Col. I. 28. ubi cum καὶ γὰρ διδασκῶν
 & διδάσκων, annunciaré & docere coniungitur; I. Thess. V. 12. 14. ubi
 quos admonet Paulus fratres appellat amicé eos rogando; nec non
 2. Thess. III. 15. amicam istam admonitionem & verè fraternam
 suadet, nec vult, ut inimicum fratrem existiment, εἰ τις ἐχ' ὑπεκρίβη
 τῷ λόγῳ, vers. præc. 14. Deinde νοθετεῖν idem est, ac reprehendo, ca-
 stigo, increpo. quo sensu vicissim reperitur in profanis, apud Plat. in
 Phædro: νοθετεῖται ἄλλοι ἐπὶ τῶν πολλῶν, ὡς ὄφρα κείνον ἐνθεοδίζων
 δὲ ἀέλθηται πὸν δέος, & sacris scrip. Sapient. XII. 2. istud enim collige-
 re ex præced. phrasi τὰς ὁδοποιήσας ἐλέγχων, aberrantes cor-
 rипere, licet; sic quoque LXX. usurparunt, I. Sam. III. 13. loco ἔτι
 vetuit, prohibuit. Ergo qui νοθετεῖται per redargutionem & corre-
 ptionem, reddiderunt, quæ tamen ab omni hostili increpatione
 aliena esse debet, redarguendi & corripiendi magnopere non sunt,
 memores quippe fraternam admonitionem eamque sæpe frustra-
 neam, seriam castigationem excipere, ut tandem errorem agno-
 scat, eumque deponat hæreticus. Hic enim valet dictum Salva-
 toris nostri Matth. V. 13. quo Apostolus omnesque verbi divini mi-
 nistros non balsamum vocat, sed sal terræ. Ast non diffitemur ma-
 gis nobis arridere, qui per admonitionem exponunt. Finis enim est
 conversio proximi, non confusio ejus, informatio mentis & emen-
 datio morum in melius; quod Paulus inculcat, quando Eph. VI. 4.
 νοθετεῖται τῇ παιδείᾳ, quam Parentes liberis suis in Domino impendere ju-
 bentur, coniungit; quem locum Chrysostomus de missione filiorum in
 scholas sacras, de ἐπιτροπῇ τῶν θεῶν γερουσιῶν exponit: Exemplo Han-
 ne, que Samuelem suum statim duxit in templum Dei. Vid. B. Hülsem.
 de jure & moderat. correptionis fratern. p. 7. & Balduin. in h. l. p. 158.
 Synonyma si quæ desiderantur hæc damus, νοθετεῖν & νοθεσία idem
 significant ac ὁδοποιεῖν & ὁδοποιεῖσθαι, Rom. XII. 8. I. Cor. XIV. 3.
 2. Cor. II. 7. Phil. II. 1. I. Thess. II. 3. Ebr. XIII. 22, ἡγεγαιένω Act. XXVII.
 9. Sap. XII. 26. &c.

B

παράλιτ.

ΠΡΟΚΙΤΕ

§. III. Paucis, præter vulgatam, alias notabimus versiones. *Beza* exponit: *repelle*. Pagnini & Piscatoris versio, *rejice*; Syriaca: *ab eo recede*; Ethiopica: *dimitte eum*. Olearii Biblische Erklärung *aversare* sicut 2. Tim. II. 23. *entschlage dich/ laß ihn fahren/ wie einen ungetreuen Ehegatten/ non amplius admittē ad colloquium*, sed *aversare Estius* explicat. In externa Ecclesiæ congregatione manere non patere *Scalzerus*. Excommunicanda dum respiciat, *Beza* & *Piscat. in Scute*. quibus contradicit *Grotius*: nam ipsi, *inquit*, ultro communionem deserunt, ergo non ex communicandi, sed admonendi ex præcepto Matth. XVIII. 19. id si non profuit abrumpenda cum eis familiaris consuetudo. Notam illi inure ut hominē, qui censuræ Ecclesiasticæ subjacet, & jube omnes familiare ejus consortium fugere. *Hammondus*, &c. *vid. Polus* in h. l. Nos optime ex nativa hujus vocis significatione sensum eruemus. Verbum est *παραιτέω*, compositum ex præpositione *παρ* & *αἰτέω*, quod varia significat. Exponitur enim primo per exoro, veniam peto, vel impetro, ut *παραιτέω τὴν ψυχὴν* deprecari vitam, orare ut vitæ parcatur, *ap. Herod. in Clione*; sic etiam *παραιτέω σὲ ἀ τε* veniam impetro, exoro; quo sensu LXX. usurparunt loco *ἱπ* in Hithp. precari, deprecari; proprie pro gratiā, vel ut gratia fiat. *Esth. IV. 8.* Deinde depello, seu removeo quasi deprecando: ut *παραιτέω σὲ τῆς μέμψεως*, libero te crimine, *vid. Stephan.* Item excuso, ut *Luc. XIV. 18.* Porro significat recuso, aversor, repudiō, ut *παραιτέω κόλασιν*, Plut. deprecari & recusare supplicium, *παραιτέω γυναῖκα* *ap. Plutarch. in Apophtheg.* repudiare uxorem; quo sensu reperitur etiam in sacro codice *Act. XXV. 11.* *Ebr. XII. 19. 25.* atque idem est ac *ἀποστρέφω*. *Ebr. XII. 25.* *ἄββλουαι*, quod LXX. loco *ἱπ* in Pih. *renuit* *Exo. I. XXII. 17.* *οὐκ ἐθέλω, μή θέλω, ἕχ ὑπερήνω, ἀδυνατέω, σέρεω*, quæ & alia LXX. pro *ἱπ* *renuit* & *ἱπ* *inhibuit, cobibuit* passim in V. T. posuerunt, *Vid. Concord. Bibl.* in eodem significatu legitur *1. Tim. IV. 7. V. 11. 2. Tim. I. 23* ubi idem valet, quam verbum *ἀββί-ται*, quod significat *vito, declino* (*vid. Steph.*) & ab Apostolo usurpatur *Tit. III. 9. 2. Tim. II. 16.* ubi animi sentia exprimit, non semper nec perpetuo tales ferendos esse, sed devitandos & cohibendos,



bendos, ne disseminent virus suum; & tandem planè delerendos.
 Hoc enim vult illud περιγραφο l. c. *prohibe, cohibe, circumscribe*. Sic
 περιγραφο πόλιν *circumsistere civitatem*, idem est, quod περιγραφο
 γεινη, *circumvallare, impedire exitum* Josuæ VI. 3. Quam allegoriam
 exposuit *Chrysostomus*, jubens limites poni pravis doctrinis: εὐδὲ γὰρ
 μέλει τῆς ἐπιστομῆς; non enim consistit in terminis initiorum suo-
 rum. Confer. *Hülsem. de Jure moderat.* corrip. p. 74. Nec aliud in-
 nuit D. Apokolus quam alibi per ἀπεχουμαι. 1. Thefl. IV. 3. V. 22. 1.
 Tim. IV. 3. ἀπεχουμαι 1. Tim. VI. 20. ἀπεχουμαι 2. Tim. III. 5. *vid.*
Interpret. Ultimam nos vocis hujus significationem retinemus, de-
 vitando, averfando & repudiando hæreticos, quorum lasciva & pe-
 culantia ingenia post unam & alteram admonitionem veritatem a-
 gnoscere & redire recusant; alios enim cum omni mansuetudine
 edocendos esse, edocti sumus. Sufficiant hæc de hoc verbo, ubi
 monuerimus Enallagen modi Imperativi pro Futuro Indicativi hic
 quoque occurrere. *Vid. Glass. Philolog. Sacr. Tract. III. lib. III. de*
Enallage Verborum p. 634. seqq.

εἶδω.

§. IV. Elegantissimum verbum εἶδω, vel εἶδω, quod, licet
 quidem notissimum, attamen quia hinc inde in Sacro Codice val-
 de emphatice ponitur, præterire non possumus. *Prima* significa-
 tione idem est ac, *video, oculis cerno, aspicio, cognosco, θεωρομαι, βλέ-
 πω, ὁραῶ, θεωρέω, ἀντίπρω, ἐνεσκηω* &c. & ponitur (1) PROPRIE
 de Christo & hominibus in quorum oculos *visibilia* eaque varia
 incurrunt, ut *Matth.* II. 2. 9. 10. 16. III. 7. 16. IV. 16. 18. 21. V. 1. 16. II. X.
 14. 18. 34. IX. 8. 9. 11. 22. 23. 36. XI. 8. 9. XII. 2. 38; XIII. 14. 15. 17. XIV. 14. 26.
 XVI. 28. XVII. 8. XIX. 31. XX. 3. XXI. 15. 19. 20. 32. 38. XXII. II. XXIII.
 9. XXIV. 15. 33. XXV. 37. 38. 39. XXVI. 8. 58. 71. XXVII. 3. 24. 49. 54. XXIX.
 6. 17. *Marc.* I. 10. 16. 19. II. 12. 14. 16. IV. 12. V. 6. 14. 16. 22. VI. 33. 34. 38. 48. 49.
 50. VII. 2. IX. 1. 8. 9. 14. 15. 25. 38. X. 14. XI. 13. 20. XII. 15. 28. 34. XIII. 14. 29.
 XIV. 67. 69. XV. 3. 2. 36. 39. XVI. 5. *Luc.* I. 12. 29. II. 15. 17. 20. 26. 30. 48.
 V. 2. 8. 12. 26. VII. 13. 12. 25. 26. 39. II. X. 20. 28. 34. 35. 36. 47. IX. 9. 27. 32. 49.
 54. X. 24. 31. 32. 37. XI. 8. XII. 54. XIII. 12. 35. XV. 20. XVII. 14. 15.
 XIX. 15. 24. 43. XIX. 3. 4. 7. 37. XX. 13. 14. XXI. 2. 20. 31. XXII. 49. 56. 58.
 XXIV. 8. 47. XXV. 39. *Jobann.* I. 33. 39. 46. 47. 48. 50. III. 3. IV. 29.
 48. V. 6. VI. 14. 22. 24. 26. II. X. 56. IX. 1. XI. 32. 33. 34. XII. 9. 27. 40. 41.

B 2

XII. X.

XIII. 26. XIX. 6. 26. 33. XX. 8. 14. 20. 25. 27. 29. XXI. 21. *Afflorum* III. 3. 9.
 12. 16. IV. 20. VI. 15. VII. 24. 31. 34. 55. II X. 39. IX. 27. 35. 40. X. 3. 17. XI. 5.
 6. 13. XII. 3. 16. XII. 12. 41. 45. XIV. 11. XVI. 10. 15. 27. 40. XIX. 21. XXI. 32.
 XXII. 14. 17. XXVI. 13. XXIX. 4. 15. 20. 26. 27. *Rom.* I. 11. I. *Cor.* II. 9.
 III. 10. XVI. 7. *Gal.* I. 18. II. 7. 14. VI. 11. *Philip.* I. 27. II. 28. I. *Theff.* II. 17.
 III. 6. 10. 2. *Tim.* I. 4. I. *Job.* V. 16. *Ep.* III. v. 14. *Ebr.* III. 9. XI. 23. *Jacob.* V.
 11. *Apoc.* I. 2. 17. 19. 20. IV. 1. V. 1. 2. 6. 11. VI. 1. 2. 5. 8. 9. 12. VII. 1. 2. 9. II X. 2.
 13. IX. 1. 17. X. 1. 5. XIII. 1. 2. 3. 11. XIV. 1. 6. 14. XV. 1. 2. 5. XVI. 13. XVII. 3.
 6. 8. 11. 15. 8. XII X. 1. 7. XIX. 11. 17. 19. XX. 2. 4. 11. 12. XXI. 1. 2. 21. De Dra-
 cone *Apoc.* II X. 13. *vel invisibilia oculo mentis objective representantur,*
ut: de fide *Matth.* IX. 2. 24. *Marc.* II. 5. *Luc.* V. 20. *De cogitationibus cor-*
dis *Luc.* IX. 47. *De corruptione* *Act.* II. 27. 31. XIII. 35. 36. 37. *De morte*
Ebr. XI. 5. *De Gratia* *Act.* XI. 23. *De pugna* *Phil.* I. 30. *De virtutibus* *Phi-*
lip. IV. 9. *De Diebus bonis* I. *Pet.* III. 10. *De promissione* *Ebr.* XI. 13. *De*
Deo habitante in luce inaccessa I. *Timoth.* VI. 16. I. *Joh.* III. 2. *de Christo*
 I. *Pet.* I. 8. (2) *IMPROPRIE de Deo,* *Act.* VII. 34. *De Spiritu in obfesso,*
Marc. IX. 20. *Deinde significat, certè cognosco, certissimam habeo noti-*
tiam, deprehendo ipsa vena vivag. experientia, *γινώσκω, ἐμπειρίαν* *σκω,* *ut:*
Luc. XII. 39. *Joh.* VI. 64. *Joh.* XIII. 11. *Sir.* XXI. 8. *Marc.* IV. 11. *Joh.* IV. 10.
 42. XIII. 1. I. *Cor.* XVI. 15. *Gal.* IV. 8. *Eph.* I. 18. I. *Theff.* V. 12. *Luc.* IV. 41.
 II X. 51. &c. atque si cum particulis *ἔ, μή, ἕδέπω* conjungitur, opposi-
 tum significat scilicet, *non cognoscere, ignorare, nescire,* *ut: Acto-*
rum XXIX. 26. *Gal.* IV. 8. 2. *Theff.* I. 8. *Luc.* XXIV. 24. *Matth.* XX.
 22. *Marc.* X. 38. *Matth.* XXI. 27. XXIV. 42. *Luc.* XXII. 16. *Marc.* IV. 27.
 IX. 6. XI. 13. XIII. 33. 35. XV. 40. *Luc.* XXIII. 34. *Joh.* II. 9. 11. 8. IV. 12.
 31. V. 13. II X. 14. IX. 12. 21. 25. 29. 30. XII. 35. XIII. 7. XIV. 5. XV. 15.
 XVI. 18. XX. 2. 9. 13. 14. XXI. 4. *Act.* V. 7. VII. 40. XII. 9. XIX. 32.
 XX. 22. XXIII. 5. *Rom.* VIII. 26. I. *Cor.* I. 16. I. *Cor.* XIV. 11. 16. 2.
Cor. XII. 2. 3. I. *Joh.* II. 11. 21. *Apoc.* III. 17. Sic etiam *ἐν εἰδὸς* LXX.
 usurparunt *Josue* XX. 5. pro *בְּבִלְי רֵעִת* non in scientia. *Matth.* XXIV.
 36. de hora judicii. *Tertio* significat *in memoriam revocare, me-*
minisse & nervosè per interrogationem proponitur, *ut Luc.* II. 49.
 IX. 55. *Joh.* XIX. 10. *Act.* XIX. 35. *Rom.* VI. 16. XI. 2. I. *Cor.* III. 16.
 V. 6. VI. 2. 3. 9. 15. 16. 19. IX. 13. 24. *Jacob.* IV. 4. *Quarto* idem ac *non pos-*
se, non valere, impotentem esse I. *Tim.* III. 5. *Quinto* idem quoad *λο-*
γίζομαι, νοέω, scio, intelligo, &c. sive sit *scientia vera & infallibilis,*
 quem-

quemadmodum *de Deo* dicitur. Matth. VI. 8. & c. VII. 34. & c. *de Christo* Joh. I. 14. 37. & c. *de homine* Matth. IX. 6. XX. 25. & Act. XXIV. 22. ubi emphatice Felix ἀκράβητος εἶδένω, sicuti LXX. Job. IX. 1. εἶδένω ἐπ' ἀληθείας, loco עָרִיבָה נִבְנָה vere novi quod sic; & aliis innumeris locis, quæ peti possunt ex Concord. Schmid. & aliorum; sive scientia fallibilis *Simaginarie* Tit. I. 16. Quam perfectam, veram & exactam scientiam Apostolus etiam hoc loco in devitandis hæreticis ab omni requirit Episcopo; illi enim laudis non duceretur si morositati suæ nimium indulgens, durius tractat tanquam hæreticum, quem nondum esse novit, prout recte quidem judicat Calvinus, *cujus verba allegata vide in Poli Synops. ad h. l.*

ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιῦτος.

§. V. *Eversus* vertit *Beza*; *subversus*, *Arias Mont.* cum vulgata fide scil. & spe imo bonis omnibus, utpote plane in hæresi & suâ obitinatione perversus & immerfus. *Cornel. à Lapid.* in h. l. p. 824. quod jam sit obliquatus habet versio Arabica. Tuo labore restitui nequit, nulla in eo est respicientiæ spes, explicat *Calvinus*. Absque re ditu & hoc de communi cursu, addit *Lynn* in h. l. Excidit à via seu deflectit, *Erasmus*. & c. Componitur à præpos. ἐν & στρέφω sumitur vel proprie & exponitur evertō, inverto, quando id quod intus erat, extra verto, seu resupino, ut in profanis ap. *Aristoph.* in *Plut.* κατέπρασσον αὐτὸ πρὸς βλάβην ἐστρέψας. Vel improprie & metaphorice & significat immuto, commuto, sic enim usurpatum legimus à LXX. ut respondeat Ebr. שָׁבַח, mutavit, commutavit. *Jer.* XXIII. 36. & *Amos* VI. 12. atque ita idem est ac Μεστρέφω perverto *Luc.* IX. 41. *Matth.* XVII. 17. (quod etiam *Epiphanius* hæresi XXX. p. 59. de hæreticis scripturam depravantibus habet; ἀπὸ τῆς inquit βαθεῖα καὶ δυσσεμῆ, εὐτα, ἀ ὅτι αἰμαθεῖς καὶ ἀσέμντοι Μεστρέφθη τῆ ἐσώτων ἀγνωσία i. e. quæ sunt profunda & interpretatu difficilia, quæ indocti parumque stabiles, sua ignorantia pervertunt, detorquent. *Suicerus* in voce στρέβλα.) μετastreφω *Actor.* II. 20. Μεστρέφω 2. *Tim.* I. 15. κατastreφω subverto ap. *Aristoph.* in *Equit.* πτό·ω κατastreφεις & c. In dicto nostro passively ponitur, qui subversus & immutatus est, quomodo etiam LXX. particip. passivum ἐξεστραμμένη posuerunt loco עָרִיבָה נִבְנָה וְיָרִיבָה generatio per-



perversitatum, Deut. XXXII. 20. sic: *ἡ γὰρ ἡμετέραν* Matth. XXII. 17. Luc. IX. 41. Philipp. II. 15. Quo sensu metaphorico in dicto nostro accipitur, metaphorā desumptā ab edificio funditus diruto, ut restauratiqui non sit locus. Sic qui ejusmodi est, i. e. qui semel & iterum monitus adhuc in errore persistit, eversus aut subversus est, videlicet dissipato fidei fundamento, ut spes nulla reliqua sit admonitionibus seu correptionibus apud eum quicquam proficiendi. *Epim. in h. l. p. 879.*

ἢ ἀμαρτία.

§. VI. Verbum hoc neminem, qui vel per transennam, quod ajunt, scripturam inspexit, latere potest. Quapropter multa de hoc impresentiarum dicere integrum nobis non est; non tamen possumus, quin annotemus *ἀμαρτίαν* idem esse, quam recedere a lege Dei. Ira enim definit Johannes Epist. I. cap. III. 4. quod *ἀμαρτία* sit *ἀνομία*, quem in locum Oecumenius p. 199. *ἀμαρτία*, ἢ ἡ ἀνομία δὸν τῆς τοῦ Θεοῦ, ἢ ἡ ἀνομία ἐστὶν τὸν δὸν τὸ ἀγαθὸν ἐπιπρῶν, peccatum est prolapso a bono, suamque initium habet a bono defectionem. Suicerus in hac voce, & Flacius in Clav. Subjectum peccati, Causam, Proprietates, effecta, divisionem & alia hic non tangimus, quia cuilibet, ex quo Theologia Syllemate haurienda, quam optime constabit. Hoc unum volumus, loqui Apostolum de peccato *ἐγκρίσις* ex destinata malitia, *περὶ ἧς* ac contumelia admissa, quod alias dicitur, peccatum contra Conscientiam. Conf. Rom. VI. 15. 2. Petr. III. 5. Ebr. X. 26. 1. Tim. 19. IV. 2. Apoc. IX. 6. vid. quoque *Gerhard. LL. Theol. de peccato actuali cap. V. §. 22. p. 163. Sberz. Brevic. Theolog. §. CLIV. p. 234. Coccejum Comm. p. 143. Aretium in h. l. p. 578. & alios, quos infra in Sectione Logica citabimus.*

ἢ ἀντιπαθέτω.

§. VII. Non amplius legitur in N. T. nec LXX. Interpretes in Versione V. T. græca ea usi sunt. Quamobrem pauca hic, si ab Etymologia discesserimus, observanda nobis venient. Vox *ἀντιπαθέτω* est, ut vocant, decomposita, ex *ἀντὶς* & *παθέτω*, à *παθίω*, judico adversus aliquem, damno, condemno, quo sensu occurrit in Nov. Test. quam sapissime. Sicut igitur *ἀντιπαθέτω* dicitur

citur non damnatus, Act. XVI. & XXII. ubi aliquis pati dicitur pro
 indicta causa, sic ἀποκατακρίστος, à se ipso damnatus, seu ut Rom.
 XIV. 22. ὁ κριτὴν ἑαυτὸν ἐν ᾧ δεικνύμενος. Id enim indicat pronomen
 αὐτός; sic dicimus ἀποδοκίματος, à se ipso doctus, ἀποκλήσας à se ipso
 vocatus, ἀποκατακρίστος per se Dominus &c. ita quoque ἀποκατακρίστος vi
 compositionis ille est, qui se ipsum accusando, iudicando, damnando,
 à se ipso accusatus, iudicatus, damnatus est, ab interno cordis
 sui testimonio, sive velit sive nolit, convictus. Nervose igitur ex-
 primit Syrus: *reum peragit seipsum*; & optime Arabs: *ipsemet iudex
 est sui ipsius*; at non sufficienter Æthiopia Versio: *seducit & er-
 rere facit*. Vid. Bibl. Polyglott. Varias Patrum aliorumque expositio-
 nes recenset *Eduard. Leigh*. Crit. S. II. 53. a. Propria enim conscien-
 tia accusat, ostendendo peccatorum gravitatem, eundemque mon-
 strando iustitiæ diviniæ rigorem iudicat, iudicatum verò damnat ul-
 timam pronünciando sententiam. Quod egregie ostendit Joh.
 Schmid, in *der Gewissens Pred.* p. 413. ubi exempla subjicit Proto-
 platorum, Caini, fratrum Josephi, Judæ proditoris & Antiochi; mo-
 dum deinde convictionis uberius describit, his verbis, quæ legi sanè
 merentur, quia sufficienter admodum Apostoli mentem exprimunt:
 Ihr Gewissen p. 417. erinnert und lehret sie erstlich/ daß dieses so
 aus den klaren Wort Gottes vorgeleget wird/ die Wahrheit sey;
 Es obligiret und verbind sie vora ander/ daß sie dasselbe anneh-
 men und dem glauben sollen: Es überweiset sie/ weil sie nicht
 glauben/ sondern boshafftig widersprechen/ daß sie daran unrecht
 thun; Es dräuet ihnen/ daß um solches boshafftigen Widerspre-
 chens willen/ Gott der Herr schwere Gericht und Straffen an
 ihnen üben werde. Accedit quod *T* in Compositione *contra* signi-
 ficet, unde κατακρίστος est contra aliquem iudicare, *Gloss. Philol.*
 p. 764. Quapropter minus accurate *Theophylactus* simpliciter per
 ἀναπολόγητος interpretatur; rectius *Oecumenius* inquiring ad h. l. ἀ-
 ποκατακρίστος ἢ ἀναπολόγητος εἶναι, ἢ αὐτὸς ὁ ἑαυτὸν καὶ τῆς δικταίας
 συναδείσας κατακρίστω. Qui enim male facit, cum à se da-
 mnari non est mirum. Nam ut *Satyricus* dixit:

se
Judice nemo nocens absolvitur.
 Vid. *sapius* cit. *Svic. P. I.* p. 582.

SECTIO

SECTIO II.
LOGICA.

§. I.

PERacta Sectione Philologica, & explicatis præcipuis imprimis vocibus demonstrando emphasin, si qua observanda fuerit non minus, quam nativam verborum significationem, pedem protrahere, & ad Logicam transire Sectionem parati sumus, eò facilius, quò feliciter voces explicandas curavimus, sensum ex iisdem eumque genuinum & verum assecuturi.

Quis?

§. II. Primum quidem de persona monente in dicto nostro non sumus admodum solliciti. Est enim Divus Apostolus Paulus magnus ille Gentium Doctor, de quo egregie Photius *Ep. CXCI. p. 289.* ὁ μακρὸς καὶ θεῖος παῦλος, ὁ τῶν ἐθνῶν δόξουλος καὶ τῆς οὐρανῆς διδάσκαλος, ὁ τὸν γένος ἅπαντα τῆς γῆς περιλαβὼν τῷ κηρύγματι, ὅτις ὁ πρῶτος παύλος διδάσκαλος, καὶ τῶν ἀποστόλων ἐκείνων ῥημάτων πρώτος, ἀνθρωπίνην αὐτὸν ὀφθαλμῶν κατήκουσεν. h. e. *Beatus & divus Paulus gentium Apostolus & mundi doctor, qui totos terra angulos predicando circumiit: ille celesti magisterio edoctus, & incarnabilium sermonum princeps, humanas aures audientes habens.* Alia Epitheta & elogia varia vide ap. Suicerum in voce παῦλος. Vas illud electionis, Spiritus Sancti hospitium, celestis homo & Angelus terrenus, qui κατ' ἐξοχὴν vocatur Apostolus, quo de Chrysofotomus Homil. LV. in Acta p. 918. rectissime: Ὁ τῶν ἀποστόλων εἶπες, εὐθὺς πάντες αὐτὸν ἐνόησαν, ὡς περ ὅταν βαπτισθῆν, εὐθὺς τὸν ἰωάννην: i. e. *quando Apostolum dicis, statim omnibus ille in mentem venit; quem admodum si Baptistam statim Johannem intelligunt.* Hic divino afflatus Spiritu, amore quo fideles pariter ac gentes ineffabili & ferè supernaturali prosequeretur omnes, omne Dei consilium revelando, Act. XX. 27. nihil celavit Christianos, quod scitu ipsis in sana salutis doctrina necessarium existimavit. Eaque propter, cum ipse tela prævisa minus nocere, prope perspectum haberet atque cognitum, Titum suum, quem filii loco habebat omnesque, qui cum illo sinceram Evangelii doctrinam imbiberant, inque ea adhuc salutariter imbuendos, præmonitos inquam, omnes & singulos voluit, ut à consortio hæreticorum abhorreant, eosque missos faciant. Idque ex officio non poterat non à suis postulare Apo-

re Apostolus. Quod si enim Judæi in V. Test. dicuntur, gentes pro canibus habuisse: suam legem, templum, Patres tanti fecisse, ut non Samaritanos vicinos, non Christi Apostolos, non Christum ipsum tulerint, sed abhorruerint; nec Paulo dica scribenda est, quod arceat lupos, oves curet, & diligenter custodiat Pastor; neque quod tuto & secure naviget gubernator, navim *Ecclesiam*, scilicet non modo secundo vento & favente cælo regendo & provehendo, sed adversus tempestates prospiciendo syrtes scopulos præcaveat, ac ne intus ab insidiatoribus, foris ab archipirata & hostibus ullum ei periculum creetur, summa diligentia & circumspectione prohibeat: securus hac in re, quod etiam faterur 1. Cor. XI. 1. Christum, cujus amor erat, non modo zelo domus Dei inflammari & tantum non devorari, sed omnes boum & columbarum venditores, omnes spirituales sive latrones sive mercatores flagello, è funiculis confecto, è templo ejicere, Matth. XXI. 12. Marc. XI. 15. Phariseis *ve, ve*, semel & saepe detonare, ut videant, caveant à fermento Phariseorum & Sadduc. Matth. XXIII. Luc. XI. &c. Non potest enim cordi & curæ esse vera religio, nisi fermentata doctrina odio sit & fastidio: *uti recte pronunciat Humfridus Tom. II. Doctrin. Jesuit. p. 5. 6.*

§. II. Nihil igitur antiquius habet Apostolus, & totus in eo est, ut, *quam Christus dilexit Ecclesiam & semetipsum exposuit pro ea, ut eam sanctificaret, ab eo purificatam lavacro aquæ per verbum, ut sisteret eam sibi gloriosam, non habentem maculam aut rugam, aut quicquam tale, sed ut sit sancta & inculpata*, Ephes. V. 25. seq. eandem quoque integram conservet, aded ut hoc ipsum lacrymis per triennium nocte & die ab unoquoque impetrare non cessaverit Act. XX. 31. præmissâ gravi admonitione v. 28. & certa prædictione v. 29. lupos graves non parentes gregi ingressuros esse in Ecclesiam.

§. III. Ecquid autem istud est, quod tam seriò nos admonet Apostolus? *Hereticum*, inquit, *hominem deviam*. Quæris, quoniam hodie hæreticus est, cum quilibet ad Scripturam S. provocet, sententiam suam quam de fide fovet non aliter, ac Orthodoxi, exinde probaturus? Respondemus: veritas secum ipsa pugnare nequit, neque hæreticorum dogmata in S. literis recte intellectis repugnancia fundari; quin potius, *qui ad Scripturam*

C

maxim

maxime iudicem provocent, ad Spiritum S. in se loquentem, ad DEUM, ad Conscientiam, Scripturam tamen condemnantem iudicem fuerint experti, quam absolventem; Spiritum habuerunt in se loquentem, sed qui ater esset, an albus, ipsi saepe non dignoscebant satis; Conscientia usi non rectè & ad filium verbi Divini composita, sed erronea, quam comitii è Scriptura exuere debebant potius, Deoque gloriam dare, quam veritati contumaciter resistere. Verba sunt D. Carpozii in Exam. Nove. Prae. à Masenio proposita p. 190. Quapropter ut certo nobis constet, quinam pessimo Hæretici nomine proprie & specificè appellandus sit, realem omnino eamque Scripturis S. consentaneam expectamus definitionem. Difficile quidem Augustino fuit: (ex propria confessione in pref. lib. de hæresi: ad Quod vult D.) definire quis sit hæreticus; ast de eâ tradenda, si modo Scriptura S. ut firmissimo talo innititur, & veritatem, ceu decet & par est, ingenue fateamur, nobis non valde laborandum esse existimamus. Quem in finem excogitatum Pontificiorum tum aliorum definitiones, quas falsissimas deprehendimus, ante omnia removebimus, quippe quæ è diametro verbo Dei contrariæ sunt, quarum præcipuæ:

S. IV. Hæreticus est, qui non in omnibus ac singulis Papa decretis obtemperat; qui dicit Romanam Ecclesiam non esse caput; nec posse condere Canones; qui de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini nostri IESU CHRISTI, vel de Baptismate seu peccatorum Remissione, matrimonio, vel reliquis Ecclesiasticis Sacramentis aliter sentire aut docere presumunt, quam Sacrosancta Ecclesia Romana prædicat & observat, & generaliter quoscunque eadem Romana Ecclesia vel singuli Episcopi per diœceses suas cum Consilio Clericorum, vel Clerici ipsi sede vacante cum Consilio, si oportuerit, vicinorum Episcoporum hæreticos iudicant, vinculo perpetui anatæmatis innodamus. Quas spinas ex ipsorum scriptis collegit B. Gerhardus Tom. VI. LL. Theolog. cap. XXVI. de Ministerio Eccl. p. 223. ubi etiam addit, pro hæreticis haberi in regno Papali, qui Biblia legunt in sermone vernaculo, qui feria sexta carnibus vescuntur &c. quæ, nescio, bilem nobis an risum potius moveant? Quis enim à risu sibi temperaret? qui legit, quod Johann. Aventin. lib. 3. annal. Bojor. refert: Episcopum quendam Germanum nomine Virgilium, Matæmaticis artibus institutum, à Zacharia Papa Romanam accersitum & hæreses damnatum esse, propterea quod antipodas esse statu-

statuerit. O indignam Papâ dementiam! vid. Gerh. l. c. Hôpfneri Evangel. Saxon. p. 9. 10. contra *Cudsemium Chemnitium in Examine Concil. Trident.* &c.

§. V. Alii hæreticorum nomine complectuntur omnes, qui Religioni Christianæ & veritati cœlesti contradicunt, sive sint intra Ecclesiam, sive extra Ecclesiam, si non tenent Articulos fidei, secundum quod Judæi & gentiles essent hæretici, *verba eorum vide in Gerh. l. c.* At (sicut in *Proœmio nostro annotavimus*), non sunt extra Ecclesiam quærendi hæretici, sed in Ecclesia, in quam per Sacramentum initiationis recepti sunt, & sub professione Christianismi, Religionem Christianam vehementer lædunt, ejusque veritatem in multis oppugnant. Vid. *Hornbeck. Summa Controvers. edit. Colbergæ 1676. p. 9. 10.* Quensted. *System. Theol. Part. I. p. 22.* Dannhauer. *Hodom. Pap. in Proœmio p. 5, 6, 7. seqq.*

§. VI. Nec desunt, quibus omnes Schismatici videntur hæretici; verum illi ipsi errant. Quamvis enim verum, magnam esse inter Schisma, præsertim inveteratum, & hæresin affinitatem, & (ut cum *B. Seberzero Brev. Theol. §. CLV. p. 236. loquamur*) Schisma & hæresin in sensu lato esse eadem, 1. Cor. XI. 18. seq. attamen si accurate & proprie loquendum, hæretici à Schismaticis sunt distincti. Discrimen hoc exponit *Augustinus* lib. de fid. & symb. cap. X. Hæretici, inquit, de Deo falsa sentiendo ipsam fidem violant; Schismatici autem discussionibus iniquis, à fraterna charitate dissiliunt, quamvis ea credant, quæ credimus. Idem sentit *B. Hieronym.* Comment. ad h. l. Inter hæresin & Schisma hoc esse arbitrantur, quod hæresis perversum dogma habeat; schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia separetur, quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest diversum; *Cæterum nullum Schisma non sibi aliquam fingit hæresin: ut recte ab Ecclesia recessisse videatur.* Nam *Æleu* & *Æleo* tam vi vocis, quam ex usu Scripturæ realei scissionem notat, nusquam apparentem. Matth. XXVII. 51. Marc. XV. 38. Luc. XXIII. 45. Joh. XXI. 11. vid. *Quensted. System. Theol. Part. I. p. 325.* & *B. Dannhauer. Hodom. Pap. in Proœmio p. 13.* Schisma, inquit, à *Æleu* notat talem sectionem, quæ in aliquot partes facta, in termino tamen scissi corporis coheret. Qualem corporis solidi sectionem videmus in lignorum fissura, quæ unitas partes ligni

dirimit. Per metaphoram autem translata est res ad opinionem, & sententiarum diversitatem, ut qui unum & idem sentiunt, rationibus aliquando adducti incipiant diversum sentire, id Schisma vocatur, i. e. sectio, & quibus de re una est pronunciandum, sententis differant. Sic de Christo diversa sunt judicia Joh. VII. alii: bonus est, *dicunt*; alii non bonus est, sed turbas seducit; ideoque recte, *inquit*, schisma fuisse inter eos. Vox igitur hæc mansit in Ecclesia, ut illa notarentur hi, qui à concordia publica & studio pacis secederent, privatos instituerent cœtus, quales hodie sunt Anabaptistarum congregationes; ideoque vicina admodum est hæresi. *Confer de hoc Bened. Aretii Theolog. Problem. Loc. LIX. de Schismatibus p. 185.* Itaque differt omnino schisma ab hæresi. Hæc falsum habet dogma & fidei sinceritatem evertit; Schisma autem in eodem interdum dogmate societatem rumpit & pacis vinculum lædit. Schisma genus est (*Et in genere quævis læcœntio Ecclesie, tam quæ sit per prava dogmata & hæresis vocatur, quam quæ ex diversis & factiosis studiis charitatem, quin & statum humanitus jurè Ecclesiastico sancitum, violentibus oritur.* Höpferus Evangel. Saxon. p. 16.) hæresis autem species: omnis enim hæresis Schisma, non autem contra mox omne schisma hæresis est (*Scherzerus Brev. Theol. §. CLV. p. 236.*) schisma quædam dispositio, hæresis autem jam induratus habitus. Hæresis est latens vitium, quod etiam suo tempore cum offendiculo erumpit: schisma autem tum dicitur, cum factiones dat, cum partes & secessus fiunt. Ita quidem hæresis latere potest diu; schisma autem palam fit. E. g. cum Arius secum meditaretur dogma suum, hæresis erat, nondum tamen schisma, donec discipulos & sectatores quæreret, quos separavit à reliquis cœtibus. His positis, licet verum sit, Scripturam non admodum separare hæresin & Schisma, sed pro eodem accipere, & ut idem significantia conjungere, quod antea diximus; re ipsa tamen considerata, dicto modo possunt rectissime distingui. Vid. *Aretius l. c. Gerhardus & Höpfn. l. c. Olearii Theol. Univers. p. 202.* Exemplum Schismatis gravissimi, inter Hieronymum & Augustinum orti, ob factum Petri cogentis Judaizare gentiles. Gall. II. ostendit Centur. Magdeb. V. col. 789. Olear. l. c. p. 1176. seq. Svicer, in voce *σχίσμα*. Ideoque patet, quod Schismaticus propriè & specificè dictus hæreticus non sit.

§. VII.

§. VII. Alii vicissim hæreticos vocant eos, qui circa fidem Christianam ac Scripturæ interpretationem errant. At non omnes qui sic errant, statim sunt hæretici: Non diffiteor omnes hæreticos errare circa fidem, sed omnes errantes non statim esse hæreticos. Quapropter minus recte Hieronym. Tom. IX. ad Gal. V. p. 99. *Quicumque aliter scripturam intelligit, quam sensus Spiritus S. flagitet, quo conscripta est: licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest.* Manifestum enim est, quosdam Ecclesiæ Doctores interpretandis quibusdam Scripturæ dictis à vero & genuino sensu graviter quandoque aberrasse, quis vero eosdem proptinus in censum hæreticorum referre posset? cum in hac vita tantum ex parte cognoscamus, & ex parte prophetemus 1. Cor. XIII. 9. Sic rectè de se ipso Augustinus: *Errare poterò, hæreticus non ero.*

§. IIX. Alii denique alias atque alias hæreticorum agnoscunt definitiones, quas recensere omnes & allegare, nostri quidem instituti postulare ratio; verum quia quilibet, *vel ex Hartmanni Springhii Tractat. de hodiernis hæresibus & Hæreticis, qui in tres libros distributus Oppenheimii 1618. prodiit, è Lamberto Danao Comment. in August. de Hæres. è Methodo convertendi hæreticos B. Kesleri, vel aliis colligere eas poterit, & quia nos quidem veremur, ne Stadia Dissertationis transilire videamur, fatius esse ducimus, veram & propriam proprie & specificè sic dicti Hæretici definitionem Scripturæ consentaneam, eamque meris Scripturæ verbis conceptam tradere.* Est ergo

§. IX. *Hæreticus homo, qui è nobis egressus 1. Job. II. 18. repulsa bona conscientia fidei naufragium faciens, 1. Tim. I. 19. cauterio notatum habens Conscientiam 1. Tim. IV. 12. post unam atque alteram admonitionem subversus, delinquens & proprio iudicio condemnatus, devitandus Tit. III. 10. 11.*

§. X. Hinc patet ad hanc definitionem requiri, *ut sit persona in Ecclesiam visibilem per Sacramentum initiationis recepta, ut erret in fide vel errorem introducendo, ut hæresiarcha, vel eundem ab alio acceptum amplectendo ut hæreticus; (discrimen hoc observat inter alios Lic. Rechenberg. in Append. Tripart. p. 211.) porro ut divellè impingat in ipsum fidei fundamentum, ut errori conjunctam habeat*

beat *pertinaciam* & denique ut *diffensiones* & *Scandala* in *Ecclesia* excitans, ejus *unitatem* dirimat. Conf. B. *Gerhard LL. Theol. Tom. VI.* p. 229. sq. *it. Olearii* *Biblische Erklärung* qui ad h. l. p. 1628. Ein *Ketzer* ist derjenige/ welcher als ein getaufter *Christ* will gehalten seyn/ und dennoch die *Göttl. Wahrheit*/ ungeachtet aller gründlichen *Vorstellungen* und *Überweisungen*/ halbstarrig *bestreitet*/ seinen *Irthum* heftig *verteidiget*/ mit *grossen* *Uergerniß* und *Schaden* der *wahren* *Kirchen*. *Concurrunt* ergo hic, *error* *convictio* & *pertinacia*. *Non enim* *omnis* *ille* *haereticus* *est*, *qui* *quovis* *modo* *aberrat* *à* *fide*, *sed* *qui* *fidem* *Christianam* *professus* *contra* *Catholicæ* & *Apostolicæ* *Ecclesiæ* *sententiam* *atque* *doctrinam* *satis* *sibi* *deklaratam* *suum* *errorem* *illi* *doctrinæ* *contrarium* *eligit* *retinere*, *ita* *vero*, *ut* *pertinax* *erret* *in* *fide*, *quæ* *pertinaciâ* *ex* *eo* *æstimanda*, *si* *veritati* *satis* *sibi* *manifestatæ* *nojit* *acquiescere*. *Estius* *in* *h. l.* p. 378. b.

§. XI. *Distingui*mus hic *haereticos* *omnes* *in* *veteres* & *modernos*. De *illis* *nihil* *movebimus*, *quia* *ad* *orcum* *dudum* *relegati* *distinctam* *classe* *non* *merentur*, *verum* *sufficit* *qualiscunque* *de* *iis* *ex* *antiquitate* *Ecclesiastica* *hausta* *notitia*. *Cum* *primis* *consulendi* *ii*, *qui* *hæresin* *unam* *vel* *alteram* *ex* *instituto* *perlustrant*; *ita* *de* *Nicolaitis* & *Gnosticis* *egit* *Erh. Rud. Rothius*, *de* *Ebionitis* *Mich. Syricius*; *de* *Manichæis* *Augustinus* *Tom. VI* & *Egid. Strauchius*; *de* *Novatianis* *Joh. Schmidius*, *Mayerus* & *Petr. Musæus*; *de* *Arrianis* *Meisnerus* & *Balth. Rebelius*; *de* *Origenianis* *Joh. Meisnerus* & *Petr. Dan. Huetius*; *de* *Nestorianis* *Balth. Meisnerus* *Christol. d. 7.* & *Georgius Calixtus*; *de* *Eutylianis* *B. Meisnerus* *Christol. d. 8.* *de* *Monothelæis* *Egyd. Strauchius*; *de* *Agnæis* *Just. Feuerborn. Disp. Gießl. Tom. VIII.* *de* *Pelagianis* *Augustinus* *Tom. VII.* & *contra* *Julianum* *Pelagianum* *Tom. II.* *Hieron Dial. Tom. 2.* p. 1761. *Gech. Joh. Voss.* & *Henric. de* *Noris* *in* *Histor. Pelag.* *de* *Donatistis* *Augustinus* *Tom. VII.* *de* *Bernegerianis* *Petr. Haberborn Disp. Gießl. Tom. IX.* p. 886. &c. *Hos* & *alios* *erronea* *doctrina* *paucis* *tristata*, *eleganter* *nobis* *in* *Compendio* *offert* *sapius* *vicat. Rechenberg. Lips. P.P. in* *Append. Trip.* à p. 213, ad 252. *Posterioris* *antiquitatis* *qui* *nunc* *sectarios* *apertos* *non* *amplius* *agnoscunt*, (*quamvis* *alii* *quidem* *sectarii* *indirecte* *ipsis* *faveant*, *easdemque* *cum*

cum ipsis tibias inflect, uti recte loquitur *D. August. Pfeiff. in Isag. in Theolog. p. 6.*) ceu Antinomi, Osiandristæ, Stancaristæ & similes à *Commodo Schlüsselburgio in Catalogo Hæreticorum* describuntur. Sed quid de modernis dicamus hæreticis?

§. XII. Scias, non omnes nobis infestos esse. Sanè enim, quieti sumus per Græcos, quamvis non ubivis eadem nobiscum sentientes, quorum Religio peti potest ex Hieremia Patriarcha Constantinopolitano in *Actis cum Theolog. Würtemb.* Christoph. Angelo de ritibus Ecclesie Græcæ, à Wolfgango Gründlingio edit. Conf. qq. Scrutin, Relig. Kromay. Disp. II. Veselio *Exerc. de Ecclesia Græcica hodierna* B. Calovio & Joh. Meisnero *Omt. de fide Græcorum* &c. Sequentes verò Heterodoxi infesti Ecclesie nostræ omnino sunt; suntque vel *Extra Ecclesiam*, Athei Muhammedani, Judæi, quibus annumeramus Samaritanos hodiernos, qui montem Garizim ex prisca traditione adhuc venerari, ibidem sacra solemniora peragere, nec aliis locis precari, nisi facie ad hunc montem obversa dicuntur, quod Epistolæ Samaritanæ Sichemitarum ad Joban Ludolfum edit. Cizæ 1688. in 4to. testantur, vid. *Acta Erudit. Lips.* 1688. Mens. Julii p. 378. nec non *Monatliche Unzerrudungen* que hoc anno emittuntur, in quibus Germanica versio extat. p. 130. quos omnes rectius dicimus infideles, paganos, ethnicos &c. juxta phrasin Christi & Apostolorum Matth. VI. 7. XVIII. 17. I. Cor. V. 6. VII. 22. *Dannbauer.* Hodom. Pap. I. c. *Gerhard.* I. c. *Suicerus in voce aijerud;* Num. II. 2. vel *intrin Ecclesiam* & nomen Christianum professi, scil. Pontificii, Calviniani, Sociniani, Arminiani & Fanatici.

§. XIII. Jam crabrones, qui etiamsi nemo provocet satis, ultro lædant, me irritasse arbitror. Veritas enim adhuc hodie odium parit. Eaque propter par pari referre conantur imprimis Pontificii, Lutheranos vocantes hæreticos & Schismaticos. Verum quid inde? Pharisæi quoque Christum Filium Dei unigenitum Samaritanum, imo principem Dæmoniorum appellare non dubitabant. Joh. IX. 48. sq. Ergo *beati nos sumus, cum convititis nos afficiunt & persequuntur, & mentientes dicunt quidvis mali adversus nos propter Salvatorem nostrum.* Matth. V. 11. Certi sumus, hæretici definitionem in nos nostramque doctrinam non quadra-

te.

re. Ergo quicquid etiam pessimi isti homines de nobis sen-
 tiant & loquantur, salva manente veritate Evangelica, indignos
 quibus ad convitia, quæ quasi sturnatim in Lutherum & nos ja-
 ciunt Romanenses, (ut B. Dannhau. Hod. Pap. p. 25. loquitur, vid. quo-
 que Dn. D. Carpozvii celeberrimi Theologi Exam. Nova Prax. Masenii p.
 78.) respondeatur, eos judicamus. Ad unum omnes clamitant,
 nos defecisse ab Ecclesia, sed *λίαν μέγα αἴτημα*. Et posito hoc, non
 concessio, respondemus: Schisma utut in se malum, per accidens
 tamen quandoque esse bonum, quod excuset necessitas, (hoc etiam
*Walenburchii libenter probant, in Tractat. de unit. & schismate c. IIX. p.
 18. verba eorum allegavit B. Dannb. Hodom. Pap. p. 24.) e. g. quando
 boni palam expellantur ab ecclesiis, ut illis nec locus inter audito-
 res, nec doctores esse possit. Hi dum secedunt, necessitas eos tue-
 tur. Deinde cum sinceritas fidei corrupta est, ut sana doctrina se-
 cundum Apostolum non possit vel addisci, vel doceri. Sanâ e-
 nim doctrinâ amissa, non amplius quæstio est de concordia. Ac-
 cedit usus Sacramentorum justus & institutioni per omnia respon-
 dens. Nam Ecclesia Christi has duas habet proprias notas, sanam
 doctrinam & usum legitimum Sacramentorum Christi. Non igitur
 dubium est, quin ab his liceat scindere, qui nec sanam doctrinam
 profitentur, nec legitimam habent Sacramentorum usum.
 Qua de causa ingenue Aretius Theol. Probl. Loc. LIX. de Schisma-
 tibus p. 185. seq. scribit: *Justa hæc fuit secessio, & multis fundamentis
 nitimur, dum queritur, cur à papatu secesserimus? Secessio negari
 non poterit, sed justas nos habuisse causas profiteremur. Oportandum
 fuerat, sanam doctrinam publice ab omnibus admissam fuisse; quod cum
 nolit major pars, sed errores præferat, debuit reliqua pars Christum
 potius sequi, quam errores receptos.* Id quod enim ex nostris non
 dissimulat B. Carpozvius Isagog. p. 103. Aliud, inquit, est dissensio, al-
 liud hæresis aut schisma. Dissensisse majores nostros ab Eccle-
 sia Romana, non quatenus ex Scriptoribus nota est, sed quatenus
 tunc variis erroribus referta erat, & nos in presenti non minus
 dissentire, non negatur. At hæreticos nos esse, aut per Schisma
 ab Ecclesia Romana nosmet separasse negamus; quod late-
 ostendit B. D. Henric. Höpfnerus in Sax. Evangel. ap. 10. ad 46. Gene-
 rose B. Dannhauerus Hodom. Pap. p. 24. Sit hæc, inquit, aliqua apo-
 stasia*

stasia, sed iusta, exacta *mandato divino*. Matth. VII. 15. Apoc. XIII.
 4. *Apostoli*. 2. Tim. II. 19. 2. Cor. VI. 14. 1. Joh. V. vers. ult. quorum lo-
 corum momenta non acquiescunt in divisione à malo solo animo
 facta, sed separationem externi cultus requirunt, *neque enim socii*
Danielis sinceritatem suam Deo probassent, si solo animo detestati fuissent
Colossium Babylonicum, non gestu quoque ac ore improbassent. Nec Eccle-
sia nostra est Anti-Christiana, nec pertinax, nec Pseudoprophetica, men-
dax, pellax. Desinerent ergo Pontificii hæreticos & Schismatis
 nos arguere, qui hæreticos & Schismaticos in sinu & gremio Ec-
 clesie Romani ipsi fovent, eosque quos (*quod vel maxime mirum,*)
 nec Papa quidem ipsemet Monarcha extingvere valet. Nihil di-
 cam de Dominicanis & Franciscanis eorumque Schismatibus su-
 per immaculata conceptione Mariæ, prædestinatione, prædeter-
 minatione, & aliis fidei capitibus; ortos novimus *Jansenistas*, ab
 autore hujus sectæ *Cornelio Jansenio*, *cujus vitam* descripsit *Valevius*
Andree in Bibliotheca Belgica 1643. *doctrinam* verò seu melius erro-
 rem in *B. Scherzeri Breviar. Hülfem.* eleganti & veridico anagram-
 mate expressum legimus Cap. XV. p. 1049. CORNELIVS JAN-
 SENIVS, per *ἀναγρ.* CALVINI SENSUS IN ORE. Ergone et-
 iam Papistæ moderni prædestinationem absolutam statuunt? (vid.
 eund. l. d. p. 981.) & Jesuitæ, licet Romæ habeant judicem valde
 favorabilem, tamen Jansenistas (*quippe Regis Gallie & procerum alio-*
rum gratiâ nixos) opprimere non valuerunt? Experientia docuit,
 historia testata est. *Vid. Reichenb. l. c. p. 265. & alios.* Desinerent,
inquam, vellem ego iterum de B. Patris nostri Lutheri vocatione
 verba facere. Non certè sufficit quando *Becanus Manual. Controv.*
 l. c. c. XII, p. 353. scribit: *Lutherus non est legitime vocatus, neque idor-*
dinarie, neque extraordinarie; occur non amplius ad *Joh. Crocii Anti-*
Becani sui Vindicias respondet? occur *Masenius* Novæ suæ Pra-
 xes Examen à *Summè Reverend. D. S. Ben. Carpozio* institutum, (in
 quo, quod etiam meretur, Lutheri vocationem egregiè, ut solet omnia &
masculè à pag. 1079. ad 1103. defendit) non denuo examinavit? (*Vide*
quoque de Luthero B. Dannb. Hodom. Pap. p. 26. Scherzeri Breviar. Hülf.
 p. 1313, & 1321.) Et occur omnes magis muti sunt, quàm pisces, quàm
 ranæ seriphie, si nos quærimus: *Utrum Romanus Episcopus sit legi-*
timus & Orthodoxus? Legitimus? quia nemo certitudine fidei cer-
 tus esse potest, cum esse legitime electum. Qui casus vel maxi-
 me

"mè in tot Schismatibus Pontificum obtinuit. Anno enim 1130.
 "Pars Cardinalium Innocentium II. Pars Anacletum II. eligebant,
 "qui se mutuo Anti-Christum vocabant. Sic anno 1160. Cardi-
 "nales duos Anti-Papas Victorem IV. & Alexandrum III. quod
 "Schisma per XVI. annos duravit, elegerunt. Et notum est hor-
 "rendum illud 50. annorum schisma, quod anno 1177. inchoatum,
 "depositione Benedicti XIII. & Gregorii XII. per Concilium Pifa-
 "num, quod Alexandrum V. elegerat anno 1411. tolli non potuit.
 "Quin potius tres Pontifices, qui se invicem excommunicabant,
 "Johannes XXIII. Gregorius XII. & Benedictus XIII. de sede maxi-
 "mo cum orbis scandalo, digladiabantur. Diximus porro: *Or-
 rhodoxus*. Non allegabimus verba *Christophori à Castro*, quod Scher-
 zerus noster in Brev. Hülsem. fecit p. 1334. Sed cum constet plu-
 res eorum adeo illiteratos esse, ut *Grammaticam penitus ignorent*,
 qui sit, ut sacras literas interpretari possent? vid. eund. l. c. Ergo
 mutato nomine non Lutherani, sed Pontificii & caput eorum,
 Anti-Christus, qui sedet in templo Dei, Hæreticus maximus vo-
 candus est. Illis enim non nobis convenit definitio, quod inde
 patet, quia ipsum fidei fundamentum labefaciunt & evertunt, si-
 ve substantiale Objectum fidei proprium, sive Organicum verbum
 Dei principium & medium fidei, sive dogmaticum, ipsam illam
 doctrinam, ex qua fides concipitur & sustentatur, quâ ignorata
 vel etiam negatâ, fides concipi, esse, aut conservari nequit. Le-
 gant, si credere nolint, *Synopsin errorum Papisticorum* exhibitam à D.
 Oleario. Chemnitii *Examen Concilii Tridenti*. B. Calovii & Him-
 melii *Mateologia Papistica*. Eccardi *Pand. Controvers.* Gisenii *Papism*.
 Jacobi Heilbrunneri *Papat. Acatol.* Sæpius à nobis citat Dann-
 hauer, *Hodom. Spiritus Pap.* Jo. Gerhard. *Disp. quod Gloria Dei,*
studium pietatis & fundamentum Consolationis labefacetur per Pontificios
Reinhingii Retractat. seines *Catholischen Handbuchs*. Nic. Hunnii
Apostasiam Ecclesie Rom. item Tractat. de Ecclesia Romana non Chri-
stiana. it. de pelle ovina detecta. Bottsaccum *Tract. quod Ecclesia Ro-*
mana non sit sancta, & alios permultos nostros Theologos, & ex Re-
 formatis non paucos, quos recensere omnes ferè impossibile.

§. X. V. Concludimus ergo de his qui centies milles ad-
 moniti de reditu, redire nihilominus adhuc recusant, jubente.

Apo-

Apostolo devitandos eos esse, tūm Jesuitas, cūm caput eorum
Anti-Christum potissimum. Ratio:

- - *Hic niger est hunc Lutherane caveto.*

§. XV. Ejusdem farinae deprehendimus Calvinianos. Sic enim *Amesius* l. 4. cas. Conscient. c. IV. p. 161. qui inter Lutheranos pertinaciter defendunt ubi-quitatem humanæ naturæ Christi, non possunt ab hæresi excusari, quia illa sententia directè evertit humanam naturam Christi. *vid. B. Dannh. Hodom. Spirit. Calvin. p. 643.* O perversum hominis judicium! Arrige aures, Amesii, & videbis de te ipso vera dixisse, quia varios Hæreticos expertus eris & Schismaticos. Nonne enim historia nostri temporis confirmat, sub initium seculi anno 1603. quod *Jacobus Arminius* (aliàs *Jacobus Hermanni*) Veteraqvinas in Academia Leidensi Profess. Theol. circa quinque Articulos *Francisco Gomaro* & reliquis Calvinianis moverit controversiam, *de prædestinatione, de mortis Christi universalitate & efficacia, de conversionis nostræ causa, de conversionis modo & de sanctorum perseverantia.* Hunc secutus *Vorslius* & *Episcopius.* Prolixa est hiltoria, longæ sunt ambages. *Vid. Acta Remonstrant. & Epist. Arminin. Ecclesiasticas & Theologicas 1160. Amstelodami editas.* Ergo quam de nobis, in se ipsos tulerunt sententiam, quod nos, qui brevitati studemus, è *Scurt. Religion. B. Kromay. p. 377.* sqv. rectissime probari posse affirmamus.

§. XVI. Sed provocemus ad definitionem & ex ea sola convicti erunt, quia quamvis sibi homines quippe acutissimi nunquam persvaderi sinant; enormiter tamen circa fundamentum salutis errant. *Vid. Magnifici Dn. D. Löseberi Palladium Calvinianis ereptum. Synopsis errorum Calvin. D. Olear. Hodomorian Spiritus Calvin. Dannh. Fascicul. Controvers. Eccardi. Lyserus & Himmelius in Calvinismo. Gerhardi Disp. de labefactata veritate per Calvinianos. Nec non illi, qui certos adversarios refutarunt; Sic Mercerus oppugnavit *Martinum & Sadelem. Himmelius Alstedium, Wellerus Massonium, Rosius & Dürfeldius Crocium* &c. Hoc unum ex eorum *ερεθολογια* idque omnium vel maxime blasphemum & perversum adducimus dogma, quod palam Calviniani Batavi in Collatione Hagiensi decernunt: *Peccatores impoenitentes eo non peccant, quod non credunt Christum pro impoenitentibus* & in*

“ & infidelibus peccatoribus, qui tales sunt & maneat mortuum esse.
“ Nam si illud crederent (blasphemiam hanc Diabolicam hic scribere du-
bitamus, at Deus ignoscat!) *MENDACIO* crederent, edit. Brandii
fol. 156. quibus consonat editio Bertii fol. 148. etiam si verba non-
nihil variant; h. m. *Si hoc crederent, jam crederent mendacio &c.* Conf.
B. Scherzeri nostri Prolegom. in Brev. Hülsem. §. 6. n. II. Nec sine
insigni animi horrore à Christiano exaudiri potest, quod maxima
pars Catechumenorum in Ecclesia satis deformata fateri cogatur.
*Hæc unica nostrum solatio invita & morte, quod non teneat credere Chri-
stum pro me esse mortuum.* Egregiam catechesin formandorum Chri-
stianorū, quæ à Blasphemia & mendacio incipit! Increpet te Dominus
Satan! Nos aliud edocui ab Apostolo, dicto ipsi audientes recte
pronunciamus de Spiritu Calviniano:

Hic quoque perniger est, hunc Lutherane capeto.

§. XVII. Nec melioris notæ Sociniani, Arminiani, Fanatici
aliique. Perversa hominum genera, quorum mentionem fecisse
nosmet fere piguit. Errores damnarunt in *Orthographia* Soci-
niana *Olearius* in Synopsi. *Stegmannus & Himmelius* in Photi-
nianismo. *Gerhard.* Disp. de labefactata veritate per Photinia-
nos. *Scherzerus* Colleg. Anti-Soc. &c. In *καστολογία* Arminiana.
B. Calovius in Confid. Arminian. *Kromayer.* Scrutin; Relig. p. 186.
In *κατολογία* Fanatica *Kromay.* Scrutin. Relig. p. 103. *Schlüsselburg.*
Catalog. Hæretic. l. 12. &c.

§. XVIII. His nihil addimus, quàm cane pejus & angue,
devitandos tales esse. Nam

Hi quoque sunt nigri, quos Lutherane capeto.

ubi?

§. XIX. Sed ubi? Disparis Religionis hominum conver-
sationem civilem Evangelicum non tollit Luc. X. 33. vid. Crocius
in h. l. p. 541. Ideo nec Paulus omnimodam familiaritatem devi-
tari vult, sed nimiam, quæ ab hæreticis paulatim errorem tanquam
scabiem afficere potest. *Osland.* in *Enchir. Controv. Anabapt.* c. VI.
coroll. I. obj. I. p. 137. Huc pertinet conversatio conjugalis. Nam
licet juxta Concil. Laodic. Decretum Can. XXX. *matrimonium cum*
infideli temere ineundum & conturbendum non sit (quia Exod. XXXIV. 16.
Deut. VII. 3. & fini, qui non est modo propagare humanum genus,
sed & Cœlestes Hierosolymas augere civibus, adversatur) *atta-*
men

men contracto matrimonio Paulus negavit id propter Religionis
 diversitatem dissolvi debere 1 Cor. VII. 12. 13. & Christus ipse Matth.
 XIX. 6. 9. unicam divortii causam adulterium statuendo. Vid.
Dambauer. Lect. Catech. III. 302. sqv. Scherzeri System. p. 794.
Baldwinus in Ruth. p. 43. Crocius p. 542. & Spannhem. Dubia Evan-
gel. P. III. Dub. 150. 8. 9. p. 926. Fallit igitur & fallitur *Menus An-*
epista, omnem suis discipulis Conversationem cum doctoribus E-
 vangelicis dissuadens, ut qui haeretici devitandi sint, quod tamen
 petino principii *Vin. Springl. Tract. de haeticis p. 31. & Prückneri Vind.*
Bibl. Part. IV. ad h. l. Quapropter fides quoque illis servanda est,
 idque exemplis Dei, qui fidem populo datam servavit, licet is hae-
 resis, idololatria & nefaria defectione peccaret. *Psal. LXXXIX. 34.*
Ezech. XVI. 60. Jerem. II. 20. &c. Sic Jacobus cum Labano idolo-
 latra foedus inivit. *Gen. XXXI. 48. à quo non recessit Josua. IX. 19.* Ca-
 rolus V. Luthero &c. Si enim frangere fas est, etiam dare nefas
 est. *Gerh. LL. Theol. Tom. II. p. 302.*

§. XX. Ast alia rerum facies in Ecclesia Spirituali Com-
 munionem. Hanc illis negamus & pernegamus, adeo ut nec AVE
 dicamus. *Johann Ep. II. 10.* Distinguentes tamen hoc in loco, ac-
 curatis limitibus charitatem communem & fraternam, exemplo
 Petri qui c. I. Ep. II. 7. inter *Φιλαδέλφια* i. e. fraternam charitatem
 & *ἀγάπην* dilectionem distingvit, non hanc, sed illam eis denegando,
 cum pro fratribus in Christo non agnoscendi. Quod obser-
 vavit *Lutherus* in Colloquio Marpurgensi Cinglio, *Jacobus Andreæ*
 in Montisbelgardeusi *Bezae* fraternitatis dextram negantes, licet
 ad humanitatis dextram porrigendam non essent difficiles (Krom-
 Scrutin. Relig. p. 479. seq.) praesentissimo procul dubio periculo
 absterriti, quia manus eorum veneno referta, ideoque (ut Gre-
 gorius Nazianz. Orat. XXV. p. 433. monet) *κωνωνίαν αἰρετικῶν ὡς ὄν-
 θεως Φεύγομεν*, communionem haeticorum tanquam venenum
 serpentis fugimus. Nec mirum, quod morbis Epidemicis dete-
 riores dicantur haeretici, teste *Chrysofomo* ad 1. Tim. II. 17. *ἀπαθήκτων
 κακῶν ἢ ἐν ἰατρείᾳ καὶ ἄλλῃ ἤναι δυνατόν, ἀλλὰ πᾶσι χλυμαίνονται* i. e.
 in frenum malum, quod nulla medicatione coerceri potest, sed omnia vastat;
 quia rectè Epiphanius lib. II. Tom. I. contra Phrygastis haeres. XLIX.
 p. 181. dicit: *αἰρεσις τῆ ἀμαρτήρια ἐχίδνη εὐκίρια, ἧς ἡ λύπη των δε-
 δηγμένων*

δη, ἄρῳν πάντ' ὅ τ' ἰσμάτ' ἐκκέρνει, καὶ ἄ τας τὸν θάνατον ἐκβάλλει h. c. Jano Cornario Medico Physico Interprete p. 196. *hæresis hæmorrhæo viperæ similis, cujus pernicies de universo corpore commorsorum sanguinem effundit, & sic mortem inducit.* Ergo felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Quando?

§. XXI. Nunc de tempore cogitandum, quo devitandos esse suadet Apostolus. Post unam atque alteram correptionem. Nam & modum oportet habere in admonitionibus, ne hæretici, ut ait, teste *Tossano Comm.* p. 428. Ambrosius, insoleant, & magis furant, quo plus monentur: qui se relinquuntur, negligentiores & remissiores sunt. Conf. *Espenæus* in h. l. Prima igitur frustranea, repetenda est admonitio semel atque iterum, ut in ore duorum aut trium testium consistat omne verbum; quam rationem hoc in loco addit *Hieronymus*; hæc enim iterata admonitio instituenda est coram aliis, *Baldwin.* in h. l. Notetur autem, agi hic de hæretico non manifesto, sed occulto. Manifestus enim, qui distis vel scriptis hæresin suam professus est, non à privato, sed publico doctore reprehenditur, de quo constat eum esse hæreticum pertinacem; occultus autem, de quo dubium an forte non hæretice, sed potius ex ignorantia erret, privata ista admonitione adhuc convertendus est. *Vid. Hülssem. de Jure & Modert. Corrip.* p. 82. de Tempore corripiendo & p. 131. Non enim solum in publicis Conciliis & Synodis, ubi errantium opiniones deteguntur, è verbo Dei examinantur &c. quæ omnia usum habent insignem, cæu videmus ex Act. XV. Concilio Apostolico; sed hi etiam privatim admonendi amico colloquio vel inter cibandum, quemadmodum Christus Luc. XIV. non veritus cum adversariis colloqui, quia plerumque stimulus in animis eorum relinquitur, ut magis magisque sciscitentur; vel etiam quacunque alia datâ occasione; quomodo *Epiphanius* primò Judæus Religione à Cleobio quodam Christiano, qui eum à vulneribus ex equi ferocia accepto sanaverat, conversus dicitur. *Vid. Hoffmanni Lexic. Universale.* p. 604. in voce *Epiphanius*. Modestiam verò hic inprimis remotis omnibus cavillationibus requirimus, detestando etiam eas, quæ adversatio mortuò, non cessant. Inique proinde fecit, qui Riveto Grotianæ Discussionis *Ἐλάσσον* seu vindicias Apologetici sui pro pace Ecclesiæ edituro hoc in Grotium misit *Tetralichon*:

Ignosce

*Ignosce Lector, quod Leoni mortuo
Barbam Rivetus vellat, ultrici manu,
Hoc scilicet iustissimum est, ut qui velit
Mordere moriens, mordeatur mortuus.*

Vid. Riveti præfat. ad h. l. Tom. III. Opp. p. 118. Quod si vero & in his oleum operamque perdimus, & hæreticus semel & iterum correptus noluit, prout versio habet *Æthiopia*, una cum seductoribus suis devitandi sunt. Movent quippe nos hæc potissimum rationes:

§. XXII. Primo *subversus* ejusmodi est, vel eversus à Christo vero fundamento, quemadmodum si janua cardinibus suis emoveatur, vel cardines ipsi suis calculis, ut loquitur *Aretius* in Comment. ad h. l. p. 386. Vel ut clarius *Lucas Osiander* Comment. edit. Tübingæ 1591. Part. III. p. 683. *perversi sunt tales homines, qui aliquot sanas admonitiones respuunt; ita sunt à Diabolo eversi, ac si quis domum à fundamentis everteret, & ferè sunt insanabiles: quia contra conscientia suæ testimonium resurgantur veritati, & ipsorum Conscientia eos erroris condemnat, nihilominus tamen non respiciunt; toti scilicet à diabolo excoecati, non absimiles hoc in loco talpæ, quæ elegantissimis verbis deducit *Epiphanius* Hæres. p. 199. quæ *Cornarius* edit. Basl. 1545. p. 215. ita interpretatus est: Talpam appellant animal quoddam infra in terra latitans, perfudit id terram & in intus ipsius habitationem habet, velut parvi catuli canis staturæ circumferentiam habens, cui in totam nullus est visus. Desolatorium autem est animal infernè eradicans omnem hominum agri culturam, cucumeriaras maximè & acres plantas, cepas item ac alia, bulbosq; ac hujusmodi, lilia quoque & alia. Si vero in perfodiendo contigerit, ut per inconsiderantiam extra terram ad aerem perveniat, aut capiat ac prehendantur ab omnibus, ridiculum quiddam inducit omnibus, qui hoc animal ceperunt; sic sane ipse nunc aggredior dicere de proposita secta, quæ quantum ad cor attinet cœcutit & fatua est. Verum solitudinem sibi ipsi efficit & constitutionem suam inferne excindit & multas rades virorum in ipsam collapsorum devastat, ac corrumpit. Et si contingerit ut à prudentibus conspiciatur, risum non vulgarem excitat, velut etiam prædictum animal, cui illudent homines propter ipsius cœcitatem & incontinentiam, & quod non reperit*

ubi

Cur ?

ubi rursus ingressum faciat, velut etiam hæc secta. Hæc ad omnes“
sectas & hæreses applicari facile queunt.

§. XXIII. Secundum argumentum quo Paulus utitur, est *peccatum*; idq; mortale, sicuti recte *Aretius* h. l. *peccat mortaliter, h. e. insanabilis est*, quippe qui optimè se erroris esse convictum, nihilominus tamen sine causa idonea, pertinacissimum sese gerens defensionem erroris agnitioni veritatis præfert, vide *Baldwinum Hunnium, Olearium* aliosque interpretes, & de hoc peccato mortali *Systemat. Theol.*

§. XXIV. Denique quia sunt *ἀνομιάνες*, sui suo ipsius iudicio accusari, iudicati. Propterea vero à semet ipsis dicuntur damnati; quia fornicator, adulter, homicida & cœtera vitia per Sacerdotes de Ecclesia propelluntur; Hæretici autem in semet ipsos sententiam ferunt, suo arbitrio de Ecclesia recedentes, quæ recessio propria conscientia videtur esse & revera etiam est damnatio. Quapropter rectè *Sanctus Maximus* serm. 50. & apte comparat hæreticum Judæ, qui non à Christo eiectus, sed sponte sua ab Apostolorum collegio se separavit, dum vellet prodere Christum. *Tali*, inquit, *hæreticus, quali & Judas pena damnatur, ut idem sui & reus sit sceleris, & iudex sit ultionis, quia Dominum, quem Judas vendidit hæreticus blasphematur.* *Cornel. à Lapide* in h. l. p. 824. sic etiam *Hieronymus* ad h. l. Tom. IX. p. 126. *Tertullianus* libro de Præscript. adversus hæreticos p. 97. *Ideo damnatus dicitur hæreticus, quia & in quo damnatur sibi elegit. Et Lym* ad h. l. *ἀνομιάνες* εἶναι, quia fidem quam recepit ut verum impugnat ut falsam. Dices: homo nō est ἀπίστος ὄντως; bene, est ex frustrata admonitione ac confutatione à posteriori firmiter colligimus, quod everfus sit ejusmodi & Spiritus S. iudicio ipse *ἀνομιάνες* εἶναι. Vid. *B. Seherz. Brevic. Theol.* §. CLIV. p. 234. & ab eo citat. *D. Köhn. Discret. Cathol. Avocat acr.* fol. 54. seq. item *Baldwin.* in h. l. p. 1522.

§. XXV. Evolvamus eorum scripta & *ἀνομιάνες* εἶναι; ipsos deprehendemus. Sic *Erasmus* Volum. Tractat. Theolog. Neustad. Palatin. edit. 1587. Quæst. II. de Script. p. 43. seqq. *Contra se ipsum* omnes inquit, qui titulum Ecclesie sibi arrogant, & nomen Christi profitentur, tamen cum discedant à fundamento Ecclesie unico, quod est Christus, h. e. Christum aut verum Deum aut verum hominem non agnoscant, aut justitiam & salutem universam non
in

in ipso solo querant, membra veræ Ecclesiæ ne quidem externâ professione sunt. 1. Joh. IV, omnis Spiritus qui non confitetur &c. Ita quoque Pontificii scire nolentes se in multis errare, eo ipso se ipsos damnant in erroribus pertinacissimi. Conf. *Gerhardi Confession. Catholic. ejusque Bellarm. de Hæresibus, testem. Dorscheum in Thoma Aquinat. Confessione &c.* Missa nunc quoque Sectione Logica sequitur

SECTIO III. PORISMATICA.

Potissima I.

De hæreticis judicandum secundum Scripturas.

Fuit hoc ex dicto nostro quia si admonendus, si informandus, si corripendus hæreticus est, nullo alio fonte, quam Scriptura sacra (quæ ἀφ' ἑλίουως ἀπὸς διδασκαλίαν, ἀπὸς ἔλεγχον, ἀπὸς ἐπιτίμιον, ἀπὸς πειθείαν τὴν ἐν δικαιοσύνη. 2. Tim. III. 16.) fieri debet, idque ab omnibus omnino summo studio observandum. Nam Scripturam scrutari Joh. V. 29. juxta illam probare Spiritus 1. Joh. IV. 1. cavere sibi à Pseudopphetis Matth. VII. 15. judicare de iis quæ loquuntur Doctores, 1. Cor. X. 36. & sic omnia probare, quod vero bonum est retinere. 1. Thes. V. 21. omnes Christiani tenentur. Quapropter quia omnes hæretici hypocritæ sunt & latent sub bonorum doctorum nominibus, hinc necessarium est suis quoque nominibus depingantur. Faciemus hoc non ex Titulis Hæreticorum, quos collegit secundum Ordinem Alphabeti, & quidem Veterum Doctorum Ecclesiæ epitheta, quæ Heterodidascals imposuerunt, *Abbas de Riviere* in appellatione à judice compromissario Petro Paulo de Bellis, qui causam Calvini & modernorum Dominicanorum communem esse pronunciarunt. Titulum libro præscripsit: *Calvinismus Bestiarum Religio*; (mitius Zachæi Fabri Beweiß/ daß die Calvinische Lehre ärger sey/ als die Papistische/ neque ex Elogiis Jesuitarum, quæ ex verbis & phrasibus, quibus Jesuita autor libelli famosi Gestorum impiorum per Francos &c. Genevam & Hollandiam profcindere voluit, sub ficto nomine *Ludovici de Graze*

E monte

monte anno 1632. Rivetus concinnavit & Tom. III. Opp. p. 1255. in-
feruit; neque ex Doctrinis Jesuitarum quæ in VI. Tomos divisa
& refutata prodierunt Rupellæ 1585. verum quia diximus ex Scri-
ptura de Hæreticis judicandum, eorum quoque nomina non-
nisi Spiritus Sanctus in Scriptura loquens nobis suppedita-
bit. Describit eos *ab officio*, quod sibi cum bonis doctoribus
commune esse volunt, & dicuntur Prophetæ & Sacerdotes. Sic
Jerem. XXVI. Sacerdotes & Prophetæ contra Jeremiam cla-
mant; *Judicium mortis est viro huic qui prophetat contra civita-
tem hanc*. Ex quo satis se declarant Prophetas esse, quare LXX.
verterunt etiam *Πεδοπροφηταί*. Deinde describuntur *ab animi
morbo, & specifica quadam proprietate*, qua à bonis separantur;
vel proprie ut in dicto nostro & 1. Joh. II. 7. ubi impostores, 2. Tim.
III. impostores seducti & seducentes. Pseudoprophetæ 2. Petr. II.
1. Matth. XXIV. 11. VII. 15. Marc. XIII. 22. 2. Cor. II. 13. Pseudo Apo-
stoli, operarii, dolosi, transformati in Apostolos Christi. En! a-
pertum animi vitium, amare falsum & pro vero spargere. 2. Petr.
III. dicuntur irrisores, quod & ipsum animi morbus est, 2. Pet. II.
13. labe & macula, non solum quia Ecclesiæ inurunt maculas
& labe, sed etiam quod conscientia eorum impura est 1. Tim. IV.
Vid. *Flacium* in voce *Macula*. *Improprie* vero & per Metapho-
ram Joh. X. ubi Christus eos fures, latrones, & mercenarios vo-
cat. Lupi rapaces Matth. VII. 15. Act. XX. 19. lupi graves, qui
nulla ducuntur gregis commiseratione. Es. LVI. 10. 11. canes mu-
ti, impudentes & infatigabiles; ibid. Pastores, qui nihil sciunt, spe-
culatores cæci. Jerem. XXIII. Quæ nomina omnia scitam habent
metaphoram, qua animi quædam proprietates exprimitur. *Conf.
Aretium in Probl. Theol. de falsis Doctoribus, locus LXIX. p. 213.*
Sunt qui *à sine* habent nomina 2. Tim. II. 20. Vasa Domini ad
ignominiam 2. Petr. II. 14. *τὸ κενὸν κατὰ τὸ πρῶτον* filii execrationis. Hic e-
nim eorum finis; *ab effectu* 2. Tim. III. 13. Tit. I. 10. *ab habitu* Matth.
VII. 15. &c. *Vid. Interpretes*. Facile proinde de doctrina eorum ju-
dicandum, idque iterum secundum Scripturas. Hæc subvertit fi-
dem, ut constat de Hymenæo & Phileto, & mortem infert Esa. LIX.
5. 6. ad quem locum observa, quod cum Monothelitarum Hæresin
Constantinopoli damnaret sexta Synodus Oecumenica An. 681.
telæ

tela araneorum nigerrimæ eâ hora magna copia in populum decidissent, id ita acceptum sit, quasi Deus tam insolita pluvia significatum voluisset, hæresium sordes ex Ecclesia esse ejectas. *Vid. Hoffmanni Lexic. Univerf. Continuat. in voce Aranea p. 146.* Nec minus judicandum de Controversiis Hæreticorum ex Scriptura. Illa enim est judex, teste ipsemet Bellarmino apud Gerhard. Bellarm. *Orthodoxiaz* test. p. 64. §. 54. 46. 47. sq. Ergo si hoc verum de Scriptura, falsum erit de Traditionibus, quia excogitata, falsum quoque de Papa, quia non est infallibilis, quod probat *Richerius* Apolog. pro Gersone in præfatione: Omnis Pontifex, qui ex hominibus assumitur, circumdatus est infirmitate Ebr. V. 1. 2. Atqui Papa Romanus ex hominibus assumitur, Ergo &c. *Scherzer. Brev. Hülsem. Cap. I. Thef. XI. p. 44.*

Porisma II.
Hæretici non sunt ejiciendi, nisi
ante admoniti.

Probamus ex dicto nostro, quia Paulus vult præcedere admonitionem unam atque alteram debere. Si vero erroris convicti sunt aliquoties, frustra cum illis disputatur, & ex sæpe repetitis inutilibus disputationibus, hoc tantum consequimur, ut inpalliendo & pinguendo errore, fiant ingeniosiores & callidiores. *Conf. Luc. Osiandr. Comment. adh. l. p. 683.* & omnino B. Hülsem de Jure & Moderat. corrip. p. 67. de modo corripiendi. Ergo quoties admoniti de periculo, erroribus nuncium mittere cum recuſaverint hæretici, ejecti non immerito sunt. Hinc *Bellarminum* mafcule depellavit Fröreisenius, nec non B. Scherzerus & è Reformatis Junius atq; W. Amefius. *Mayerum & Coppensteinium* Himelius. *Hagerum* Hülsemannus in Manuali A. C. *Valerianum Magnum* D. Joh. Major. *Lessium* Meifnerus in Consult. Catholica. *Foverum & Keddium* Haberkorn. *Pazmannum* Frid. Balduinus in Phosphero veri Catholicismi; *Costerum* Alb. Grawerus, *Pistorium* Menzerus, *Kircherum* Dorscheus. P. Carolum Dantiscani in solida defensione Catechismi. *Schreinerum* Keslerus im Lutherthum und Wabsthum. *Henrici* Via Magnif. D. D. Deutschman-

nus. Bailum *Riverus* in Catholico Orthodoxo &c. Calvinianos qui refutarunt Scriptores Orthodoxi in Sectione Logica nominati à nobis sunt. Ast non ita ex monito Apostolico nobiscum egerunt Pontificii, sed tantum abest, ut Protestantes admonuerint, ut potius non auditos in Concilio Tridentino damnaverint. Quod etiam Estium offendit, qui ipse in *Comment.* ad h. l. p. 378. *rejiciendus*, inquit, *nemo est, nisi vià prius tentatâ, qua revocari possit ad sanam mentem, nec constare poterit, quod sit hæreticus in errore perimax, nisi præcesserit admonitio cum veritatis declamatione.* Cum verò ipsi non desinant esse pertinaces, imo in illa malitia perseverent, ut missam facere non videantur; esto

Porisma III.

Hæreticus non habeatur pro parte Ecclesiæ.

Fluit & hoc sua sponte è dicto nostro, quia eorum consortio Paulus nobis serio interdixit. Equidem non sumus nescii, dixisse nos in Proœmio, hæreticos dari in Ecclesiâ; verum longe differunt in Ecclesiâ esse & haberi pro parte Ecclesiæ. Nunquam enim non in Ecclesiâ mali bonis admitti sunt. *Vid. Carpz. Isagog. p. 312, it. Gmuerns Menzerus, aliique ad Artic. IIX. A. C. Eccardi Pand. c. IIX. p. 1.2.5. Cloppenburg. Gangran. Anal. d. 15. &c.* Nunquam autem pro parte Ecclesiæ neque Synthetice, neque Representative habiti fuerunt. Etsi enim Ecclesiâ universalem extendimus ad vere credentes inter Heterodoxos cœtus; hi tamen ipsi ut integri aut totaliter considerati, non sunt habendi pro membris Ecclesiæ universalis. Cultus enim publicus, publica que doctrina minus recte se in iis habent, quorum corruptio totum non patitur esse integrum, etsi ex summa Dei benignitate quædam vere Ecclesiæ reliquæ in illis supersint, ut in toto corrupto partes quædam integræ, h. e. vere credentes locum invenire possint. *Vid. Summe Reverend. Alberti interesse Religion. pag. 440.* Nec possunt esse membra Ecclesiæ Representative, quia tales sunt, docendi & arguendi, non vero admittendi ad dicendam de Orthodoxia aut orthodoxis sententiam, *Contradicentes inquit Apostolus*

postolus doctrinae sanae argue & compeſce, (illis os obturum. Ergo
 non permittendi sunt in Concilio tanquam iudices & cenſores de do-
 ctrina loqui) Tit. I. 9. Vid. Scherz. Brev. Hülsem. Cap. XIII. de Ec-
 cleſia Repraſentativa Theſ. XXIV. & XXV. p. 139 4. ſq. Quid multa?
 Quam requirit correctionem & informationem Apoſtolus, fruſtra
 haecenus orthodoxi heterodoxis per tot ac ferme infinita ac irrefu-
 tabilia ſcripta praeterunt; ergo devitandi, multominus ut Colle-
 ga Concilii admittendi. Scimus enim quod ſubverſi ſint tales,
 idque ex Juſticio Spiritus Sancti, qui nos praefumere jubet, haereti-
 cum, cui propoſitio veritatis bis vester evidenter facta eſt, eſſe o-
 mnino *deſervantem*, etſi exterius iſtud non confeſteatur. Syl-
 logiſmi quibus iſti ex Scripturis toties à noſtris ſunt convicti,
 habent quidem *θεωριαν ἀναγκαστην καὶ ἐσω*, ſed non *καὶ ἐξω*,
 cum neceſſe non ſit, ut quae quis dicat, eadem & ſentiat. Vid.
 Scherz. l. c. & ab eod. cit. B. Seldium in Syncretiſtiſchen Abgott/
 ubi quinq; criteria conviſionum, quibus Calvinianos habemus conſtrin-
 ximus, extant. P. III. c. VII. fol. 14. 21. ſeqq. His autem nec hodie
 eſt evidens ſeſe errare; ſed cupiunt in externa Eccleſiae commu-
 nione tolerari, atque etiam opinantur, ſe neque à ſenſu verbi di-
 vini, neque doctrina publica univerſalis Eccleſiae diſceſſiſſe. Quae
 propter Calviniſtae Syncretiſtae Diabolicum illum Syncretiſmum
 promovere ſtudent, & nominatim Pareus in Irenico c. IIX. qui no-
 bis ideam Platonicae Synodi ex paribus Orthodoxorum & Haereti-
 corum curiis commendare laborant. Vid. confutatum ab omni-
 bus ſcriptoſibus Anti-Syncretiſticis, imprimis *Magnific. Dr. D. Lö-
 ſcher*. in Obice Calvinianorum Syncretiſmo poſito, B. Huttero, in
 Irenico vere Chriſtiano ſive de Synodo & Unione Evangelico-
 rum non fucata concilianda, quo Irenici Pareani conſilia callida,
 lubrica, inſidioſa, quibus Eccleſiae Dei pacem non Evangelicam, ſed
 ſamaritanam: Concordiam non orthodoxam, ſed Arminienſem
 & haereticam, nimum quantum perſuadere ſatagit Pareus, accu-
 rate refutavit. Vid. Scherz. l. c. Idem fecerunt Nic. Hannius in *Ab-
 ſolutio* de fundament. diſſenſ. Calvin. *Himmelin* in Irenico, ejuſq;
 ſtabilimento. *Hülſemann* Calviniſmo irreconciliabili, *Dannbauer*
 in Reform. Salvo vder Friedens-Gruffi & alia ſcripta Anti-Syn-
 cretiſtica *Hülſemanni*, *Welleri*, *Calovii*, *Dannbaueri*, aliorumq; ſtu-
 diis

diis intempestivis Henoticis quorundam è nostris opposita. Non
 tamen utut millies refutati sint, desinunt insaufi isti pacificato-
 res cramben toties recoctam apponere, nobisque persuadere, se
 nihil magis, quam pacem & veritatem toto animo amplecti velle.
 Quod dum faciunt svavissimum Salvatoris nostri Jesu Christi e-
 loquium & elogium Matth. V. 9. *μὰρ εἰς οὐρανὸν ἐστὶν ἡ ἀπό-
 υσις ἡσυχίας καὶ εἰρήνης*, allegare solent, qui vel in sinum Romanæ Eccle-
 siæ sic dictos Protestantes reducere laborant, vel Lutheranis Refor-
 matos conciliare satagunt, vel idem inter Reformatos & Pontifi-
 cios tentant, vel qui omnes Christi nomen profitentes in unum cor-
 pus cogere anxituntur. Modum vero unionis quod attinet, &
 deprehendimus alios *tolerantiam mutuam* svadere, alios *relaxatio-
 nem* adhibere, alios denique intendere *conversionem*. Recentiores
 horum pacificatorum ex *Actis Erudit. Lipsens.* in quibus eorum scri-
 pta publici juris facta vel recensentur, vel indicantur, collegit
Dn. Lic. Werenbergius in *Progrum. ad Ont. Valed.* ubi invenies non
 solum qui *tolerantiam mutuam*, frustra verò suadent, quia omnes
 Protestantes fatentur hanc à Romano-Catholicis (manente falsa
 hypothesis: *opinionēs dissentientes sectarum inter Christianos diver-
 sarum, non convellere fundamentum salutis*), nunquam esse expe-
 ctandam; sed etiam, qui *viam* ad concordiam, ut vocant, *expositio-
 nis* ostendunt, cujus hodiegius extitit *Jacobus Benignus Bossuetus*, o-
 lim Condomensis, nunc Meldensis Episcopus in expositione do-
 ctrinæ Catholicæ, vid. *Acta Erud.* 1682. p. 119. Quam viam expositio-
 nis Reformati quoque terunt, & uti à *Bucero & Capitone* Lutheri æ-
 tate, æque ac hodie à *Cl. Heideggero* in *Manuductione* in viam con-
 cordiæ Protestantium Ecclesiastica, (quo libello, quod observat *cele-
 berrimus noster Theologus Waltherus* in *Prælect. publicis* in hanc *Ma-
 nud. MStis Sæc. in Proæmio*: nihil dicitur, quod non dictum sit prius,
 & à nostris confutatum centies; *idem de eo judicium Werenbergii* l. c.
 crambe centies recocta denuò hic apponitur) frequentata; ortho-
 doxi autem nondum caleare volunt, quia sciunt syncretismū hunc,
 qua *ὁμοφρον* conservativum, qua rem ipsam mere absorptivum
 esse, quod egregiè ostendit *B. Scherzerus* *Colleg. Anti Syncretist. MSto*
Secl. I. & III. nec non è verbis Dn. Spanhemii Aclor. Erud. 1682. p. 120.
citatis colligere licet) id intendentem, ut è Lutheranis fiant Cal-
 vinia-

viniani, partim quia hypothesin, nos à Reformatis in fundamen-
to fidei minimè dissidere, salva veritate & integra admittere ne-
queunt. Denique annotatos ibi quoque habemus autores, qui
viam conversionis possibilem esse, si universa Ecclesia induat ean-
dem faciem, qua primitiva illa (*que vero etiam nevos suos habuit*)
usque ad Niceni Concilii tempora se nobis sinit conspiciendam,
judicaverunt nominatim *Johannes le Sueur* in Actis Erudit. 1687 p.
47. laudatus, cui *Thomas Smith* in Miscellaneis ibid. p. 99. accedit.
Sed quia exosum est conversionis nomen, cum nemo se errasse, ad-
eoque indigere conversione fateri velit, difficilis plane est con-
cordia Ecclesiastica, quacunq; tandem tenteretur via atque metho-
adeo ut plurimi omnem spem illius abjicientes, eandem impossi-
bilem statuunt. Propterea aliter nos non possumus, quam ut sic
edocti à Paulo asseramus omnes istos, veritati Scripturæ qui con-
tradiciunt non redituri, pro parte Ecclesiæ non habendos, sed de-
vitandos esse. Unicum interea Reformatis restat solatium, quod
ex Commentario Apocalypitico in Canticum Canticorum qui superio-
ri Anno prodit haurire illis licet. Ingens enim ibi p. 378. ostenditur
Mysterium (*me vero judice ab autore Cantici non intentum & ita ni-
mis longe petiturum*) seu, ut rectius loquar, Vaticinium p. 380. pro-
pter quod non immerito autor gaudio totus exiliens etiam tem-
pus conversionis determinare conatur, ingemiscens: *utinam ho-
die!* Verum enim vero, vereor ne æternum *utinam!* Certè sangvi-
ne meo hodie conversionem hanc redimerem ego, & quo de nul-
lus dubito, multi alii; ast ipsi nolentibus idem quod Paulo Rom.
IX. 3. nobis eveniet, & frustranea vota nostra erunt; non quod im-
possibile, sed admodum difficile, quia quoad dissensum in Articulis
fundamentalibus *μεταξὺ ἡμῶν καὶ τῶν ἁγίων ἁγία ἔστι ἔρις*).
Hoc igitur aperte & nobis fatendum cum nostro *Werenbergio* l. c.
esse scilicet *divine providentia ac cura permittendum, an etiam per has
hereses & schismata dilectam Filii sui sponsam dilacerari & turbari, ad
finem usq; seculi concedere. an verò infideles pariter atq; hæreticos ante
extremū diem convertere & ad unum ovile reducere velit, ab ejus quoq;
sapientia expectandum esse, quando, per quos, & qua via id fieri velit:
interim tamen esse petendū, ut convertantur impii, reducantur seducti,
doceantur inscii, concilientur inimici, & in rem charitate omnes, qui
Christi*

Christi nomen gerunt, unanimes idem sapiant, idem sentiant, idem loquantur, idem agant &c.

Porisma IV.

Hæreticus non potest provocare ad Testimonium Conscientiæ.

Manifestum est, quia est subversus & peccat *dwoua* *dwoua* *dwoua*. Hinc sui ipsius oblitus contra conscientiam illustre mendacium (quæ ipsius est formula) committit *Bellarminus*, cum August. Confessionem Tom. IV. contr. in jud. de Form. Conc. saltem in angulo Germania percrebuisse scribit; cum antea in Orat. Tom. IV. præfixa conquestus esset, Religionem Lutheranorum longitate per orbem sparsam fuisse. nunc in angulo istam absconditam fingit; (*Vid. plura in Rechenb. Append. Tripart. p. 9.*) ut merito miremur virum hunc sacrarum literarum ex omnibus fere Pontificiis peritissimum in sensum reprobum datum fuisse, eo procul dubio nomine, quia toties à conscientia propria convictus de amplectenda veritate Evangelicâ ab ipso Spiritu S. monitus, nihilominus pertinax in erroribus gravissimis permanit. Quapropter indurati & pertinaces ejusmodi hæretici decedenda & horrenda peccata patrassè leguntur. Refert enim B. Dannhau. Hodom. Pap. p. 9. ex Jac. Marchant, qui *Simoni de Tornaco* Parisiis celebri Doctori Theologiæ tribuit, in ore habuisse: tres fuisse insignes impostores, qui genus humanum seduxerunt, Mosèn, Christum, Mahometem; & disputatione habita de humilitate doctrinæ Christi, hæc in Deum blasphemia evomuisse: Mosèn infatuasse Judæos, Christum Christianos, Mahometem Gentiles. Sed statum eversis, oculis pro humana voce mugitum emisit & epilepsia elisus in terram, tertia die vindictam accepit, mutusque mansit non nominans, nisi à legdem suam concubinam. Hic & alii ejusmodi hæretici ad conscientiam suam provocare nequeant, quia ipsi *dwoua* *dwoua* *dwoua* repulsa bona conscientia naufragium fidei fecerunt. 1. Tim. I. 18. & conscientiam cauterio notatam habere dicuntur, 1. Tim. IV. 2. i. e. male sanam, inquietam & Satanaë mancipatam, quemadmodum equi & servi fugitivi inuruntur aliqua nocte, sic impii doctores à Satana, (*Conf. Arctius Theol. Probl. Loc.*

Loc. LXIX. de quibus recte Rivetus Tom. I. Opp. p. 1294. b. *tales*;
 inquit, *qui ultima judicis sententia, quia eos condemnavit, in conscientia*
sua subscriperunt proprio judicio condemnati, ad Deum converti non pos-
sunt, & in baratrum desperationis tandem detruduntur, quod Jude ac-
cidit post proditum adversus conscientiam suam Magistrum. In quo di-
 stinguuntur ad *quosdam* ab excommunicatis. Nam prout *E-*
ffilius in b. l. p. 879. loquitur, alii (scil. excommunicati) solent inviti projici
extra Ecclesiam; at hæretici semetipfos segregant, (Epist. Jud. v.
19.) i. e. seipso excommunicant. Cum igitur excommunicatio
 sit quædam damnatio (sic enim à Patribus vocatur) imo cum sit,
 æternæ condemnationis quædam anticipatio; summamque divini
 judicii præjudicium, consequens est, hæreticum seipsum etiam
 condemnare. Et sic manifestam suæ condemnationis habent
 causam; sicut dici solet in criminibus manifestis: *hic homo suum*
judicium secum portat. Quare impossibile est, Pontificios, dum
 affirmant; *Traditiones esse normam fidei æqualem Scripturis,* provocare
 posse ad conscientiam, quia contra conscientiam eas excogitarunt.
 e. g. in Concilio Niceno II. quod perperam à quibusdam Oecumeni-
 cum VII. appellatur, A. 787. cultus imaginum religiosus adstruendus
 erat; In concilio Lateranensi IV. an. 1215, varia credenda *dyvina* &
 in his transsubstantiatio confirmanda, hoc quia ex Scripturis fieri
 non poterat, ex Traditionibus fiebat, hunc in finem protervè con-
 fectis, *Vid. Eduardi Stillingfleet Concilium Trident. ad Traditionem Ca-*
tholicam exanimatum & reprobatum edit. Londini 1688, in *Actis Erudit.*
Lips. recens. 1689. p. 5. seq. Et quomodo Calviniani ad testimo-
 nium conscientia provocare valent? siquidem *Magnificus noster*
PRÆSES, in obice Calvinianorum Syncretismo posito, uti per
 univertum tractatum, ita præcipuè Dissert. II. p. 33. ex immotis fun-
 damentis demonstravit: *Neminem Calvinistarum certum esse posse,*
se habere fidei articulum. Nam in his semper dubitant: fides au-
 tem ambiguum non habet, aut si habet, fides non est, sed opinio.
Bernh. Tom. I. p. 1563.

Porisma. V.

Hæretici non sunt interficiendi.

IN promptu ratio est, quia devitandi. Non enim Tex-
 tus Originalis hic negligendus, sed inspiciendus, ca-
 que

F

que propter DEVITA, non DE VITA scil. rolle legendum est, quod perperam Pontificii factum Vid. Estius in h. l. p. 876. a. & Cornelius à Lapid. p. 824. ubi legitur de vita idem esse ac decapita, i. e. caput illi deme. Vid. B. Affelm. *disput. de hæreticis ferendis, non auferendis.* Proinde constat nos moneri hoc loco tantum de processu, quo cum illis agendum. Non tolerandos eos esse, nec credendam illis cathedram, res est per se manifesta, Pontificii peccantes in excessu censent, tollendos esse è rebus humanis, ferro, flamma, laqueo, aliisque suppliciis per violenta media, uti hæcenus Gallie missionarii & milites sub hoc prætextu in veros servos & Confessores Jesu Christi sævierunt, & adhuc per eos satis hodie fuit illa mater scortationum & abominationum terræ Babylon. Romana fornacem Babylonicam cupidè admodum succendens, & jam pridem de sanguine sanctorum, & de sanguine Martyrum, Jesu temulenta, persuadens sibi Deo cultum præstare Joh. XV. 2. 3. Verum hic nequaquam legitimus agendi modus: Hæreticidia V. T. ad quæ provocant Pontificii, parum pariunt illis patrociniis. Nam ibi secundum legem forensis Pseudopropheta, Apostata Idololatrà & seductores occidebantur, Dent. XII. 1. seqq. Vid. B. Dannh. Hodom. Pap. p. 1400. Verum alia ratio in N. T. Quod si enim in illo forensium V. T. legum rigor necessario retinendus est, eccur Pontificii filios immergeros juxta Exod. XXI. 16. extremo supplicio non afficiunt? Cohf. Scherz. Anti-Bellarm. p. 429. & System. p. 724. Nihil dicamus de propagatione doctrinæ cœlestis in N. T. quæ absq; cæde & sanguine futura erat, ex vaticiniis Jes. II. 4. XI. 14. 6. 7. 9. LXV. 29. Zach. IX. 10. in quo V. à N. T. distinguitur; ipsa enim doctrina & praxis Christi adversarios refutat; quippe qui si hoc supplicia voluisset, etiam præceptum de occidendis hæreticis dedisset, nec de illo, quod salutem Ecclesiæ vel maxime concernit, tacuisset. Jam vero ex Matth. XIII. 28. seqq. Luc. IX. 54. Joh. VI. 67. satis abunde patet, illum modum hunc, quem Pontificii hodie observant, improbasse. Nec aliud nobis suadet praxis & doctrina Apostolorum Christi: vid. 2. Tim. IV. 2. 3. 5. I. Tim. I. 20. VI. 5. I. Cor. V. 11. 2. Cor. X. 4. &c. Nulli præterea bono placuit unquam in hæreticum etiam convictum, ad mortem usq; sævire. *Hunnus in b. l. p. 165. Pruckneri Vind. Bibl. p. 380. Carpzov. Ifagog. p.*


464. *Quensted. System. p. 26. 441. 442. 444. 447. Mysteriorum Jesuivitarum detecta in Rivero Tom. III. Opp. in fine. Egregie Lutherus ad Nobiles Germanicos Tom. I. fol. 109. B. Man sollte die Ketzer mit Schrifften/ nicht mit Feuer überwinden/ wie die alten Väter gethan haben. Wenn es Kunst wär/ mit Feuer Ketzer überwinden/ so wären die Hencker die gelehrtesten Doctores auff Erden/ dürfften wir auch nicht mehr studiren/ sondern welscher den andern mit Gewalt überwinden/ möchte ihn verbrennen. Vid. qq. Balduin. in h. l. p. 1570. & Rivetum Tom. III. p. 548. Cap. XV. 9. in Tractatu cui Titulus; Jesuiva vapulans, sive Castigatio Notarum Sylvestri Petra Sanctæ Loyolæ Sectarii in epistolam Petri Molinæi ad Balsacum: Perniciosas esse hereses quis dubitat? quis ad tollendas & extinguendas omnem operam esse adhibendam? Sed primum in heresum didicatione non enarrandum. Deinde cum deprehenso sunt & agnita, ea opem est adhibenda, que Christianos decet & mirissimi Domini servos. Non protinus illud usurpandum: ure, seca, Hec sunt extrema remedia extremis malis tantum usurpanda, & in paucos, neque in alios, quam aperte blasphemos, seditiosos, perjuros, quorum rabies aliter curari non potest, nec impediri, quo minus pluribus noceant. Vid. qq. Scherzerum Brev. Theol. §. CLIV. p. 234. Alii peccant in defectu, ut Ostorodus in Justif. c. 29. vult; nulla plane pœnâ, ut carcere, plagis, exilio, hæreticos esse plectendos, quia Paulus nullam aliam, qua ipsi afficiendi sunt, præscribit, quam ut eosdem devitemus. Sed falsum est. Nam utique hæretici puniri possunt excommunicatione. I. Tim. II. 20. abscissione Gal. V. 12. Et quarimus, quomodo aliàs possent pii hæreticos commodè devitare? Sic igitur Paulus tantum præscribit nobis, ut obstinatum hæreticum caveamus, non autem Magistratui suum jus eripit; illud vero etiam in N. Test. est, esse malè agentium, v. g. seditiosorum hæreticorum vindictam Rom. XIII. 14. vid. Pruckneri Vind. Bibl. in h. l. & qui hic etiam prætereundus non est B. noßter Scherzerus in Colleg. Anti-Socin. Disp. CXXXIX. de disciplina Ecclesiastica, p. 1035. seqq.*

EPILOGUS.


PLura omnino restant; v. g. *Hereticorum refutationem prohibere Magi stratum non posse; illorum testimonium adversus orthodoxos non esse audiendum; illis non dicendum Ave; Ex impietate vite sequi impietatem doctrinae* &c. verum, quia nobis non licet esse tam prolixis, filum hic abruptum concludimus *D. Epiphanius verbis, Hæres. LIX. contra Catharos lib. II, Tom. I. p. 218. Cornario interprete edit. Basil. p. 237. Agite itaque servi Dei, vos filii sanctæ Dei Ecclesiæ, qui certam regulam novistis & via veritatis inceditis, ne retrahimini vocibus, & uniuscujusque conficta professionis verbis. Erroneæ enim sunt eorum via & acclivis calicis adulterata ipsorum intelligentiæ. Magna jactant & parva ignorant, libertatem promittunt, cum ipsi sint servi peccati. De magnis gloriantur, & parvorum omnino non participes facti sunt. Deus à tenebris ad lucem omnes convertat per Jesum Christum.*
Amen!

Δ. Θ. Τ.









B.I.G.

Farbkarte #13



18

B. V.
E
ANDIS

ETICIS,
o Apostoli,

omm. 10. II.
R ANTE
R O

gnifico, Amplissimo atque
entissimo

LOESCHERO,

ad. Wittenb. Prof. P. longè ce-
astici Assessor Gravissimo, Ec-
ralis Saxonici Superint. General.
ibus longè meritissimo,

& Promotore suo

ervantiæ cultu ac atem
merando,

IO THEOLOGICO
ano M. DC. LXXXIX.

it publicè
ANUS Wüldrich
ensis Saxo.

Anno 1704.

T 154

